



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXVII. Das Mönchskloster Hillersleben.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)





## 2. Veränderte Ausfertigung.

In nomine sancte et individve Trinitatis. Notum sit omnibus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter cenobium Hildesleuefe in monasticam religionem juxta beati Benedicti regulam in perpetuum fuerit consecratum. Ego denique Herrandvs, dei ordinatione ac domini Urbani pape consecratione Halberstadenfis ecclesie delegatus episcopus, petitione Adelfindis, neptis mee, filiique ejus Widichini, clericis inde eliminatis, monachos, quos in Hilseneburgensi cenobio religiosiores reperi, collocaui, prioremque de eodem clauetro, Alvericum nomine, eis preposui. Concessi etiam eidem Abbati suisque successoribus, ut sicut infra cenobium circa spiritalis personas, ita per totam villam adjacentem curam animarum nostra donatione et auctoritate in perpetuum provideant. Postmodum vero predicta dei famula petente decimationem in eodem loco pro remedio anime mee, predecessorum successorumque meorum contradidi, hanc ego Herrandvs, dei gratia episcopus, una cum duodecim mansis, quos Waldiggvs vir religiosus in eodem loco sitos optulit, auctoritate beati Petri apostolorum principis ac beati Stephani sanctique Laurentii martiris, presente Gerrardo majoris ecclesie preposito, Richardo scholastico, Wiren canonico, theodorico comite, ipsorumque aduocato Milone, ne a quoquam auferatur, sub perpetuo anathemate confirmans, hanc cartam inde conferri et proprio sigillo jussu signari. Data Non. Jun. Anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. Indictione IV. Actum Hilseneburg, in dei nomine feliciter Amen.

Nach Gerden's Cod. I, 1.

## II. Bischof Reinhard von Halberstadt trifft verschiedene Anordnungen in Betreff des Klosters Hilseneleben, am 10. August 1109.

In nomine sancte et individve Trinitatis. Reinhardvs, Halberstadenfis ecclesie episcopus, notum esse cupimus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter ob amorem Christi et egregii martyris Laurentii Monachis in Cenobio Hildesleuensi Deo famulantibus libertatem prediisque eorum pacis tranquillitatem perpetualiter provide curauerimus. Bone namque memorie Herrandus, hujus sancte Halberstadenfis ecclesie Episcopus, petitione Adelfindis, neptis sue, filiorumque ejus Bodonis, Widekindi, Gunzelonis et Bernardi, ipsum locum, anno domini M<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. ex clericali ordine in Monasticam religionem transmuit secundum ordinem Hilseneburgensem, quos religiosiores in ipso cenobio repperit inibi constituens decimanque XII mansorum in ejusdem ville Marcha adjacentium pro remedio anime sue, antecessorum successorumque suorum eidem loco conferens banni sui munimine stabilivit. Cum vero longo post tempore ego Reinhardus, dei ordinatione eidem sancte ecclesie delegatus essem Episcopus, Dominus Milo Comes ipsam ecclesiam Beati Laurentii voluntate scilicet uxoris sue Ludburge



ipfius omniumque heredum fuorum confenfu ob petitionem confiliumque noftrum liberam Domino et fancto Petro Rome contulit cum prediis omnigenifque redditibus eidem ecclefie attinentibus, quatinus inibi Domino feruientibus, quibus etiam tunc Ilfeneburgenfem priorem Aluericum primum Abbatem prefecimus, nec fpiritalis nec feularis perfona fed nec quilibet heredum aliqua grauamina feu priuate confuetudinis iura in perpetuum deinceps ingerat aut exigat, fed Rome dumtaxat in fignum fubjectionis ab ipfo loco corporale eidem apoftolice fedi annis fingulis perfoluatur. Porro aduocaciam domino Miloni Comiti conceffimus ea ratione, ut inter filios fuos filiorumque mafculus fexus defecerit, potestas elegendi aduocatum in jus Abbatis fratrumque redeat. Conceffimus etiam domine Ludburge, ut omnes de fua progenie in noftra epifcopio defuncti in prefati monafterii Cymiterio abfque omni contradictione fepeliantur. Omnium quoque confenfu ftatuimus, ut obeunte Abbate non Aduocatus nec alia quelibet perfona in defcribendis feu quolibet modo contratum fratrum difponendis ecclefie rebus fe ingerat. In electione uero abbatis, quam liberrimam eis infra fuum cenobium decreuimus, aduocatus fine perfone fue aut dignitatis acceptione, fi uoluerint fratres, interfit. Si forte, quod abfit, intra fuum claufrum perfonam idoneam nequeunt reperire, requirant primo Ilfeneborch, fi nec ibi Huisborch, fi uero nec ibi, faciant electionem de monte fancti Johannis Baptifte Magdeburgenfi. Si in hiis locis perfonam congruam non reppererint, libera fit eis de quibilibet noftri epifcopii partibus eligendi potestas fecundum ordinem duntaxat Cluniacenfium. Electus autem fi fuerit euerfor monafterii et dilapidator prediorum aliarumque rerum ecclefie, tertio ammonitus a fratribus fi non emendauerit, etiam per aduocatum a fratribus accitum ammoneatur. Quod fi nec ejus ammonitionibus acquieuerit, fiet a fratribus relatio ad epifcopum, qui eum aut corrigat aut corrigi nolentem ut fuperbum et contumacem ecclefiaftica cenfura loco et dignitate abbatis ammoueatur. Huic actioni nobis cum intererant Abbates Martinus Ilfeneburgenfis, Alferus Huisburgenfis, Hildeboldus Magdeburgenfis, prepoftus majoris ecclefie Ludolfus, Gumpertus, prepoftus de fancto Johanne, Wichmannus, Comes de Thuringia nepos meus, Comites duo Theodoricus et filius ejus prefatus Milo cum uxore fuo prefcripta Liudburga et omnibus heredibus aliifque cum pluribus religiofis uiris. Hunc igitur noftra constitutionis cartam figilli noftri imprefione fignatam auctoritate beati Petri fanctorumque Stephani et Laurentii ac domini Pape roboratam, ne ab ulla in perpetuum qualicumque perfona temere infringatur, eterno banni noftri anathemate confirmamus. Datum III. Idus Augufti, anno Domini M. C. IX., indictione II. Actum Hildesleue, in Dei nomine feliciter Amen.

Nach Gerden's Cod. I, 3.



III. Bischof Otto von Halberstadt bestätigt dem Kloster Hillaersleben die Zehnthebung aus Putgoritz und Bofitz, am 7. April 1135.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto, dei gracia halberstadenfis episcopus, Notum esse cupimus presentibus et futuris cristifidelibus, quod respectu remuneracionis diuine necnon et monastice statu et propagacione ecclesie sancti laurencii martyris in hildefleue decimam ville putgoriz et adjacentis sibi bosici, quas venerabilis irminhardus, ejusdem loci abbas, ab Ottone, aduocato, et fratre ipsius thiderico emit, perpetuo iure tradidimus. Hanc autem nostre donacionis iustam tradicionem, ad supplementum victualium deo ibi famulancium donatam, ne ullus successorum nostrorum temere vel infringere, seu quelibet alia persona spiritualis aut secularis in posterum presumat invadere, banni nostri et perpetue ulcionis dei et eiusdem martyris interminacione inhibemus. Et huius facti nostri testes uiros venerabiles subter annotauimus, Martinum, abbatem de ilfeneborch, Alberum, abbatem de hugifborch, Wolterum maiorem prepositum de bossenloue, Erp decanum, Martinum custodem, Popponem comitem, Adelbertum comitem, Berengarum aduocatum, Ottonem comitem, Thidericum, fratrem eius, aliosque plures uiros nobiles. Datum halberstad, VII. idus aprilis, Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>., Indictione XIII, in dei nomine feliciter amen.

Cap. I, fol. 16.

IV. Kaiser Lothar verzeignet dem Kloster Hillaersleben verschiedene Besitzungen, am 9. April 1135.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Lotarijs, imperator romanorum tertius, recognoscat fidelium per omnem etatem successio, fundum a Waldrico sacerdote et canonico Halberstadenfis ecclesie comparatum a Bernhardo de Dracalftedi et beato Laurentio in Hildefleue traditum, sed a Friderico Palatino Comite iniuste ablatum, me iuste eidem sancto martiri restituisse. Hujus vero predii summa est mansus et dimidijs et due aree, quod simul situm est in villa que dicitur Druchdelberg. Preterea petente venerabili Abbate et Ottone, aduocato ejusdem ecclesie, et etiam petente Adalberto, marchione, contuli prefato martiri et fratribus ejusdem loci redditum annualem, qui vocatur Wozop, super duas villulas ipsis prope adjacentes, quarum nomina sunt hec potgorizi et bolizi. Specialiter autem libertates et immunitates aliaque bona, que in presenti possident aut in futurum iustis modis poterunt adipisci, nec non liberam electionem Abbatis intra suum cenobium fratribus concessi. Hujus ergo restitutionis et donacionis testes sunt Otto, Halberstadenfis episcopus, Hartmannus capellarius, Vdo, cicensis episcopus, interfuere quoque eidem curie nostre Gerhardus cardinalis, Bremensis archiepiscopus, Hildinheimensis, Mindensis, Merfburgensis, Huelbergenfis, Brandenburgensis episcopi, Corbeensis Abbas, Anselm de moguncia prepositus,



Albertus de Goflaria prepositus, Otto, palatinus comes, Adelbertus, marchio, Conradus, marchio, Henricus, marchio, Ludeuicus, comes, Otto, comes, in Hildeleue aduocatus. Actum est istud in Halberstad, in pascha feria tertia, Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. Si quis autem hoc nostre restitutionis atque donacionis monumentum infregerit, imperialis maiestatis reus erit. Amen.

Gerden's Cod. I, 6.

V. Bischof Rudolph von Halberstadt genehmigt einen Gütertausch zwischen Hillersleben und Walbeck, am 11. April 1145.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Rodolfus, dei gracia halberstadenfis episcopus, Notum sit omnibus cristifidelibus tam futuris quam et presentibus, qualiter dominus irminhardus, hildesleuensis cenobii abbas, ac hartmannus, wallebecensis prepositus, quedam ecclesiarum suarum predia pro commoditate et situ eorundem prediorum utrilibet monasterio adiacencium cambiando commutare pari consilio ac uoto sui fratrumque suorum consenserunt. Igitur III<sup>or</sup> mansos in villis mendorp ac wallendorp, quos hildesleuensis ecclesia a longis retro temporibus possederat, cum omnigeno ex ipsis commoditatum prouentu prefatus abbas wallebecensi ecclesie ex hoc et omni in futurum tempore perpetuo iure possidendos tradidit, et reciproca uicifitudine suscepit predium, quod, situm in ripis albie et ore fluminum, in Villa elbui dicta, hactenus wallebecensi ecclesie pertinuerat, quatinus ipsum deinceps predium cum omnibus utilitatibus suis et attinenciis, terris scilicet cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, siluis, piscationibus, questis et acquirendis in cuncta posteritatis tempora hildesleuense monasterium inconvulsa firmitate possideat. Addidimus etiam ex nostro, ut si abbas et fratres ipsius agriculturam in predicta uilla habere uoluerint, decimam de nutrimentis pecorum suorum ex nostra donacione in perpetuum libere possideant. Hec ergo donacionis actio et commutacionis pactio, a prefatis utriusque ecclesie prouisoribus et fratribus aduocatisque uicissim collaudata, et generali sinodo halberstadenfi coram sacro et venerabili clero et omni populo recitata, nostra pontificali auctoritate cum terribili banni interminacione et sigilli nostri impressione legitime est corroborata. Eius donacionis siue pactionis testes fuerunt: Ex parte hildesleuensium Dominus ekbertus hugisburgenfis, sygobodo hilfeneburgenfis, abbates, Martinus, maioris ecclesie prepositus, et erpo, decanus, adelbertus, marchio, et otto, filius eius, otto, comes de hildesleu, aduocatus eiusdem cenobii, cum thiderico, fratre suo, hinricus de wichmansdorp et alii complures. Ex parte uero wallebecensium: fredericus, comes palatinus, eiusdem ecclesie aduocatus, et filius eius albertus, hinricus, prepositus, et reynfridus, decanus, Irmingat, marchionissa, fredericus, marquardus, ekehardus, nobiles; Retherer, hugo, adelbertus, fridericus, adelgoz, ministeriales, alique complures. Datum III. idus aprilis, per manum domini rodolfi, halberstadenfis ecclesie episcopi, Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XL. V<sup>o</sup>., Indictione VIII.

Cop. I, fol. 14.



VI. Bischof Ulrich von Halberstadt bestätigt dem Kloster Hillaersleben die unter dem Abt Irminhart gemachten neuen Erwerbungen, am 28. Juni 1152.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Odelricus, diuina cooperante clemencia halberstadtensis episcopus, omnibus vniuersalis ecclesie fidelibus in perpetuum. Quoniam, deo omnium bonorum auctore, ad nos licet indignum multorum respicit cura fidelium, nosque omnium paci et tranquillitati, maxime autem claustralium et sub habitu humilitatis iugiter deo seruiendum, sollerti cura infundare oporteat, necesse est, ut sic deo adiutore omnium, ut diximus, consolacioni prouidencia nobis a deo concessa paterno affectu intendat, ne luporum rapacium uesana nequicia ovili cristi libere infurgat. Notum ergo tam futurorum quam presencium pie memorie esse uolumus, qualiter ob amorem dei Sanctique Laurentii martyris, nec non laudabilem petitionem venerabilis domini irminhardi, hildesleuensis cenobii abbatis, prediis a prefato abbate suis temporibus veneranda sagacitate acquisitis pacis tranquillitatem ecclesiastica censura indiximus, atque banni nostri confirmacione, nec non sigilli nostri impressione eiusdem ecclesie utilitati et inibi sub regula sancti benedicti deo sincere seruiendum usui in perpetuum profutura confirmauimus. In prefate itaque uille ambitu XVI mansos et dimidium, cum suis appendiciis, In domenfleue III<sup>or</sup> mansos et dimidium, Setorh II mansos, in rodenfleue maiori III mansos, In rodenfleue minori mansum, In begenthorp II mansum, In megentorp mansum, In snardefleue II mansum, In irkefleue mansum, In dalwerfleue dimidium mansum, In wischweneden dimidium mansum, In emeringe VII mansos, In hoen werfleue III mansos, In geroldsdorp III<sup>or</sup> mansos et dimidium, In euendorp III<sup>or</sup> mansos et dimidium, In valdorp III<sup>or</sup> mansos, In putgorizi VII mansos cum suis appendiciis, Cruzeice IX mansos cum suis appendiciis, Voltwich VIII mansos, Bozece VII mansos cum suis appendiciis, karmanstorp X mansos cum suis appendiciis, Loceke II mansos, In mentorp mansum. Hec ergo prelibata predia, nunc tranquilla pace acquisita et in posterum pio labore acquirenda, tocus fons et origo pietatis, dominus, ad honorem et laudem nominis sui adaugeat, et cooperantibus immarcescibilem uicticis palme coronam conferat. Ad confirmacionem quoque huius rei et firmitatem testes annotari iussimus, scilicet adelbertum marchionem, fridericum palatinum, arnoldum, magdeburgensem abbatem. Sigobodonum hilfeneburgensem, ekbertum hugisburgensem, bartoldum ammenfleuensem, erponem maioris ecclesie decanum, billingum, prepositum de sancto paulo, geronem canonicum, ottonem comitem, theodericum, fratrem ejus, burchardum de valkensten, hugoldum de seohwih, gardolfum de hadmerfleue ceterosque quam plures ecclesie fideles. Quarto kal. iulii, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LII., Indictione XV<sup>a</sup>. Datum halberstad, feliciter amen.

Cap. I, fol. 12.



VII. Bischof Ulrich von Halberstadt bestätigt dem Kloster Hillaersleben seine Besitzungen und Rechte, am 28. Juni 1152.

In nomine sancte et individve Trinitatis. Odalricus, divina favente clementia Halverstadenfis ecclesie Episcopus, omnibus in Christo fidelibus in perpetuum, notum esse volumus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter ob amorem Christi egregiique martyris Laurentii nec non Irminhardi, religiosi viri, Hilliflouensis cenobii Abbatis, humilem petitionem Christi pauperibus sub sancto monastice religionis habitu Deo prefatoque martyri inibi seruientibus libertate prediisque eorum tam nobilium quam ceterorum fidelium manibus ob salutem animarum suarum collatis et permaxime a prefato pie memorie Abbate laudabili sagacitate acquisitis pacis tranquillitate perpetualiter prouidere curauerimus. In prefate itaque ville marcha XXXta et unum mansum cum suis debitis appendiciis, cum molendinis et siluis, pratis, pascuis, piscationibus et aquarum redditibus. In Emeringe VII mansos, in Sethorp III mansos et dimidium, in Druchtelberg IIos mansos, Budendorp fere mansum, in Pisichindorp I mansum, in Duminefloue XII mansos et dimidium, in Rodenefloue XIII mansos et dimidium, in minori Rodenefloue mansum, Beinthorp mansum et dimidium, in Meindorp I mansum, in Ochmarfloue mansum, in minori Wellen IIos mansos, Hergrimefdorp IV mansos, in Snardefloue mansum et dimidium, in Houuerfloue VIII mansos, in Irkefloue mansum et dimidium, in Geroldefdorp VII mansos et dimidium, in Juentorp VII mansos, in Kezdre III mansos, in Elnebui V mansos et dimidium cum XXXIIta mansunculis, in Drakelstede minori VIII mansos et dimidium, in Drakelstedi majori VI mansos, in Emmode VII mansos et dimidium, in Wedringe II mansos et dimidium, in Valdorp VI mansos, in Steinforden mansum, in Sаметeswege XII mansos, in Mesberge VI mansos et dimidium, in Loceco III mansos, in Flectingen IIos mansos, in Carmanthorp totam villam cum suis appenditiis, in Ciboue V mansos, in majori Smeruelden dimidiam villam cum suis appenditiis, in minori Smeruelden totius ville terminum cum suis appenditiis, in Ostersteden Xcem VIIIto mansos, in Mucrona mansum, in Potgorice totam villam cum suis appenditiis, in Bozize totius ville terminum cum suis appenditiis, in Woleuwih totam marcham cum suis appenditiis, in Cruzeze totius culture ambitus cum suis appenditiis, in Hosterhufen III mansos et dimidium cum prato et debitis appenditiis, Luchtorp mansum. Hec prefata predia nunc pie acquisita et in posterum pacifice acquirenda omnipotens Dominus, cujus manus beniuole et misericordie copiose existunt, solita largitate adaugeat et conseruatoribus ea perpetue felicitatis coronam, deuasatoribus vero, si non respuerint, debitam eterni detrimenti penam conferat. Vt hec igitur confirmationis nostre scripta in perpetuum rata et inconuulsa permaneant sub tremendo iusti iudicii examine et sancti Petri apostolorum principis et sancti prothomartyris Stephani sanctique Laurentii martyris omniumque Sanctorum inuocatione anathematis ancipiti gladio confirmauimus et sigilli nostri certa impressione tam secularium quam spiritualium personarum idoneos testes annotantes signauimus, quorum sunt hec nomina: Frithericus, Magdeburgensis Archiepiscopus, cum clero sibi subiecto scilicet Arnolde, Abbate de Monte, Gerardo, preposito majoris ecclesie, Ascecone, decano, Teoderico, Sigobodo; abbas Hilifiniburgensis, Ekebertus, abbas Hugifburgensis, Erpo, majoris ecclesie Decanus, Conradus, Camerarius, Rodolphus, vicedominus, Billingus, prepositus de Sancto Paulo, Gero, Canonicus; Adelbertus, Marchio, et filii



ejus Otto, Marchio, et Hermannus, Comes, Frithericus, palatinus, Otto, Comes, Burchardus, Castellanus, Burchardus de Valchenstein, Wernerus de Velthem, Gardolphus de Hademarefloue, Hygoldas de Seohwiz, Volradus de Saltwedele aliisque compluribus sancte catholice fidei cultoribus. III<sup>o</sup>. Kal. Julii Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo L. II, Indictione XV. Data Halberftat, feliciter Amen.

Nach Gerden's Codex I, 7—10. Eine Abschrift in dem Copialbuche zeigt folgende Abänderungen:

statt: Sethorp . . . . . Sedorp,	statt: Budendorp . . Dudendorp,
„ Pisichindorp . . . . . Pesekendorp,	„ Duminesloue . . Domersleue,
„ Houuersloue IX mansos . Hoen Wersleue VIII mansos,	„ Juendorp . . . euendorp,
„ Drakelstede . . . . . Drakenstede,	„ Emmode . . . emmede,
„ Sameteswege . . . . . Semteswege,	„ Flectingen . . Vlechtinge,
„ Cibowe . . . . . tibowe,	„ Potgorice . . . putgoriz,
„ Woleuwih . . . . . uoltuwich,	„ Hosterhusen . . Osterhusen,
„ Hilisineburgensis . . . . . Hilseneburgensis,	„ Valchenstein . . ualkensten,
„ Hademarsloue . . . . . Hadmersleue,	„ Hygoldas . . . Hugoldus.

Auch sieht man in dem im gedachten Copialbuche befindlichen Exemplare dieser Urkunde auf der Stelle, wo die Rede vom Dorfe Elbey ist, zwischen „XXXII“ und „mansiuunculis“ das bei Gerden fehlende Wörtchen „absque“, welches den Sinn sehr verändert. Dann ist der Copie noch von späterer Hand die Abschrift folgenden Attestes hinzugefügt:

Nos fredericus, dei gracia decanus maioris ecclesie Magdeburgensis, et hinricus, officialis eiusdem, et nicolaus de bismarke, capitaneus, domini Tyderici, archiepiscopi ecclesie prenotate publice protestamur, quod presens copia a nobis est diligenter examinata et quod cum orientali totaliter est concordata. Ad cuius rei euidentis testimonium nostris appensis sigillis fecimus communiri. Datum Magdeburg, anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXIII<sup>o</sup>., in die beati oiswaldi regis et martiris.

Talis copia sigillata invenitur inter alia priuilegia monasterii.

#### VIII. Bischof Ulrich bestätigt die Hospitalsstiftung des Abtes Irminhart zu Hillersleben, am 12. April 1153.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego odelricus, dei gracia halberftadenfis episcopus, Omnibus vniversalis ecclesie fidelibus in perpetuum. Notum esse cupimus vniversalitati fidelium tam futurorum quam presencium, quoniam dilectus filius noster Irminhardus, hildesleuensis cenobii abbas, vir religiosus, omnipotenti deo sanctoque martyri Laurencio ad honorem et gloriam tamque hospitum quam et pauperum ad refocillandam inopiam ex obedientia sibi fideliter credita, hospitale in prefati claustri confinio, communi tocuis conuentus nec non ottonis comitis eiusdem ecclesie pari consensu, feliciter construxit, atque ex prediis, laudabili sagacitate ab eodem venerabili uiro suis temporibus acquisitis, tam pro sua, quam et sibi commissorum, necnon omnium prefate ecclesie benefactorum salute, XII mansos cum suis appendiciis, scilicet valdorp VI mansos, in hildesleuen marcha III<sup>or</sup> mansos, in nienthorp mansum, in mocorne



mansum, contradidit. Si quis vero futurorum vel presentium sine abbatum sine advocatorum hec prelibata predia demere vel temere invadere, aut in proprios usus redigere presumpserit, si non statim resipuerit, sub tremendi iudicii, dei invocacione et beati petri apostolorum principis et sancte prothomartyris stephani, sanctique laurencii, omniumque sanctorum attestacione, ancipiti perpetue excommunicacionis gladio feriat, et cum dathan et abyron, nisi digne penituerit, absorbeat. Vt huius igitur conscripti confirmacio in perpetuum rata et inconuulsa permaneat, banni nostri confirmacione et sigilli impressione corroboravimus, et tam secularium quam religiosarum personarum ydoneos testes annotari concessimus, quorum sunt hec nomina: Dominus hartwigus archiepiscopus bremenensis, Theodericus magdeburgensis ecclesie canonicus, Bertoldus abbas ammenfleuensis, Otto comes, wernerus de velthem, Thidericus de tangermunde, Thidericus de wichmannstorp, fridericus de anuerdefleue, Bruno de gerfleue, Benno de ochtmerfleue Aliique complures catholice ecclesie fideles. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. L. III<sup>o</sup>., Indictione Ia. Datum II. idus aprilis.

Cop. I, fol. 16.

IX. Abt Irminhart stiftet gewisse Einkünfte für die Erhaltung von Lichtem im Kloster  
Hillersleben, c. 1153.

Irminhardus, dei gracia hildesleuensis cenobii abbas. Notum sit omnibus tam presentis quam futuri temporis fidelibus, qualiter ego irminhardus, non mei meriti assumptione, sed diuine dispensationis electione hildesleuensis cenobii non ydoneus provisor destinatus, consensu, immo hortatu fratrum meorum, ad luminaria ecclesie providenda et acquirenda subscripta bona cum omnibus pertinentibus suis quocunque modo provenientius ad honorem dei et patroni nostri, cristi martyris laurencii, firmiter et incommutabiliter assignavi: mansum et dimidium in maiori druchteberch, XIII solidos solventem, in minori druchteberch dimidium mansum, V solidos soluentem, in meindorp mansum, soluentem VIII solidos, in maiori rodenfleue II mansos et dimidium, solventes XXV solidos, in minori rodenfleue III mansos, XXIII solidos solventes, in semteweghe VIII mansos III solidos, in kefeldre dimidium mansum III solidos, in ftenuerde mansum, soluentem III solidos. Et ut hec nostra constitucio, tam concorditer et rationabiliter collaudata et ordinata, perpetuo stabilimine roborata, a quoquam convelli non valeat, Hanc cartam inde conferibi, sigillique nostri impressione signatam perpetualiter confirmavimus, Vt si quis hanc ordinationem infringere seu annichillare presumpserit, perpetuo anathemate eterneque lucis privacione multetur.

Cop I, fol. 17.



X. Abt Irminhart bekundet eine dem Kloster Hillersleben von Hoyer von Mansfeld gemachte Widmung, im Jahre 1153.

Irmynhardus, dei gracia hildesleuensis ecclesie delegatus Abbas, Notum esse uolumus uniuersitati Christi fidelium, qualiter dominus Hoyerus de manesuelde beneficium quoddam in neuedebeke, quod homo suus, bernhardus nomine, sibi uoluntarie resignauerat, pro remedio anime sue sueque coniugis eunegundis suorumque filiorum, sed et cunctorum fidelium, deo sanctoque laurencio in usum famulorum cristi profuturum, contulerit, quatinus hoc nostra deinceps ecclesia libere sine omni contradictione obtineat. Cui eciam nostre societatis oracionumque communionem concessimus, hancque kartam confirmationis sigilli nostre impressione roborauimus, quatinus et ipse apud se kartam, nostraque ecclesia pro monumento inde kartam habeat, Votivaque omnium deuotione fratrum statuimus, quatinus post obitum eius, coniugis ac filiorum eius in anniversariis eorum debitum pro defunctis officium cum compulsionem, uigiliarum missarumque decantacione persoluamus. Huic conuencioni nobiscum interfuerunt advocatus noster comes Otto, prefatus Bernardus, Bruno, Menhardus, Godescalcus, Teodoricus, Frithericus, Teodolphus aliique quam plurimi religiosi. Actum hildesleue, Anno Domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LIII<sup>o</sup>., indictione prima.

Cap. I, fol. 24.

XI. Markgraf Albrecht der Bär schenkt dem Kloster Hillersleben das im Herrschaftsberreiche seines Sohnes Otto erkaufte Gut Slautiz, am 18. Januar 1160.

In nomine sanete et individve Trinitatis, omnibus uniuersalis ecclesie fidelibus in perpetuum. Ego Adelbertus, diuina cooperante clementia marchio, tam futurorum quam presentium ob precauendas execranda auaritie fallacias, notum esse cupio sancte uniuersitati fidelium, qualiter allodium quoddam, quod emi in balsamis, uillam scilicet Slautiz, cum suis appenditiis et debitis redditibus, siluis, pratis, pascuis, aquarum decursibus, una cum filio meo ottone marchione, cujus potestati subiacet, ceterorumque heredum meorum pari consensu sancto Laurentio in Hillefloue et beate memorie irminbardo abbati, ad perpetuos inibi deo seruientium usus contradidi, et tam nobilium quam ministerialium meorum stabili testimonio et ueraci confirmatione nec non sigilli mei impressione corroborari precepi. Ad hujus igitur confirmationem tam nobilium quam aliorum fidelium nomina ascribi uolui, quatinus omnimoda presentium tollatur obliuio et futurorum fraudulenta cesset oblocutio. Quorum sunt hec nomina: Odelricus Halberstadenfis episcopus, Walo Huelbergenfis Episcopus, Conradus Camerarius, Rudolphus vicedominus, Hermannus et Gero canonici, Gerardus prepositus majoris ecclesie magdeburgenfis, Haecke decanus, Lodeuigus canonicus, Burchardus comes de ualkensten, Wernerus comes de ueltem cum filio suo Adelberto, Christianus comes de Gardenleue, Theo-



dericus aduocatus, Theodericus de angerm.\*), Badericus, Bruno et Haolphus de Gerfloue, Otto de Bardenleue, Euerhardus et Hermannus de plozeko cum ceteris fidelibus. Si quis igitur deinceps quod abist futurorum vel presentium hec confirmationis nostre scripta temere infringere temptauerit vel exiguum hoc oblationis nostre munusculum ab ecclesia prefati martyris sancti Laurentii tollere presumpserit, nouerit se nostro rogatu ab episcopo Halberstadenfi odelrico cuius auctoritati subiacet perpetuo damnatum anathemate ireque Dei omnipotentis et vindicte, sanctorumque omnium irremediabiliter tam diu obligatum subiacere, quousque presumptionis sue reatum cognoscat et omnipotenti Deo prefateque congregatione digne satisfaciat. Data Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>, Indictione VIII<sup>o</sup>. Actum Euendorp, XV. Kal. Februarii, In Dei nomine feliciter Amen.

Nach Gercken's Cod. I, 11. 12.

\*) Angermunde nach dem Copialbuche, also nicht Angern, wie nach einem Abdrucke dieser Urkunde in dem Orig. Guelf. II, 483.

XII. Abt Irminhart befundet einen Tausch über Besitzungen mit dem Vogte des Klosters Dieterich von Wichmannsdorf, am 16. Mai 1162.

In n. f. et ind. Tr. omnibus universalis ecclesie fidelibus in perpetuum. Ego irminhardus, diuina cooperante clemencia huius hildesleuensis cenobii secundus abbas dictus, tam futurorum quam presentium ob precavandas execerande avaricie fallacias, notum esse cupimus sancte vniuersitati fidelium, qualiter advocati nostri, thiderici de wichmanstorp, tum precibus tum minis per suos suorumque nuntios sepius ammonitus, vix demum fratribus nostris acquiescentibus, molendinum in nentorp, ex toto dirutum (sic!), uxoris eius berchte, cuius hereditatis iuri subiacebat, stabili consensu, cum omnigenis vtilitatibus scilicet piscacionibus, viis et inuis, aquarum decursibus, usque ad vadum heddigi vicissitudine reciproca, vtriusque partis concordie pace, tam nobilium quam ministerialium aliorumque testimonio fidelium, suscepimus atque ex debitis fratrum nostrorum stipendiis in majori drakenstede V mansos, VI vero in hac hildesleuensi marcha, alio manso commutatum in arkefleue quoque mansum firma astipulacione talique condicione, scilicet ut qui hoc testamentum infringere uoluerit, XX<sup>a</sup>. talenta cum prefati molendini restauracionis sumptu computato restituat, tradidimus, atque sigilli nostri impressione fideliumque testimonio confirmauimus, quorum sunt hec nomina: haolfus et bruno de gerfleue, bernardus cum filio suo friderico, geuenardus de meseberg, meynhardus de wederig, rothardus et ludigerus de haldesleue alique quam plures fidelium. Datum anno domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXII<sup>o</sup>. Indict. VIII<sup>a</sup>. Actum Niendorp, XVII. kal. iunii, in dei nomine feliciter amen.

Cop. I, fol. 15.

Anmerk. Diese Urkunde gehört wahrscheinlich in eine frühere Zeit, da Irminhart im Jahre 1162 schon zu den Verstorbenen gehörte. Doch enthält das Copialbuch I, 15 deutlich die obige Jahresbezeichnung, die vermuthlich aus einer Verwechslung mit dem Datum der folgenden Urkunde entstanden ist.



XIII. Graf Dieterich von Wichmannsdorf überläßt dem Kloster Hillersleben eine dem Abt Irminhart vertauschte Mühle, am 16. Mai 1162.

In n. s. et ind. Tr. Universalis ecclesie fidelibus in perpetuum. Nos theodericus, Dei gracia Comes de wichmanstorp, notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod ab ecclesia hildesleue temporibus domini irminhardi, abbatis secundi loci eiusdem, regentibus nobis ipsam ecclesiam in advocatie officio, sub quadam permutationis forma, receptis quibusdam bonis, V videlicet mansis in drakenstede maiori, VI in hildesleue et uno in arxleue, molendinum in nendorp, quod ad uxorem nostram berchtam ex parte parentum suorum iure hereditario fuerat devolutum, cum omnigenis vtilitatibus, scilicet piscacionibus, viis et inviis, aquarum decursibus vsque ad vadum heddingi vicissitudine reciproca, tam nobilium quam ministerialium aliorumque testimonio fidelium, tytulo proprietatis perpetue, secundum quod molendinum presatum possederamus, memorate ecclesie duximus conferendum. Igitur in huius rei robur validum et evidens testimonium testes ydoneos, quorum nomina sunt hec: haoldus et bruno de gerfleue, bernardus cum filio suo frederico, gheuehardus de meseberch, meynardus de wederig, rothardus et ludigerus de haldesleue huic pagine inscribi fecimus, nostrique sigilli impressione ipsam decreuimus firmiter roborari. Datum anno Dni. M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXII<sup>o</sup>., Indict. VIII. Actum nendorp, XVII. kal. iunii, in nomine domini feliciter amen.

Cap. I, fol. 15.

XIV. Bischof Gardolph von Halberstadt überträgt die Schirmvogtei über das Kloster Hillersleben dem Grafen Otto von Grieben, im Jahre 1197.

In nomine sancte et individve Trinitatis. Gardolphvs, dei gratia Halberstadenfis episcopus in perpetuum. Officii nostri debitum exigit, quatinus ea, que circa ecclesias nobis in anima commissas per Dei ordinationem a fidelibus provide geruntur, nostre firmitatis munimine contra varios futurorum incurfus adeo roboremus, ut rata jugiter in suo vigore consistant ac robore nec ullum contradictionis obstaculum a malorum temeritate sentire valeant in futurum. Vnde tam presentibus quam posteris notum esse volumus, qualiter ecclesia in Hildesleue ab indebita Berengeri Comitis oppressione, qui ipsius loci aduocaciam contra jus et debitum sibi vendicauerat, importune per dei gratiam fuerit absoluta. Cum idem Comes in Germerfleue Domino predecessori felicis memorie Theodorico Episcopo in presentia venerabilis Domini Wichmanni, sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopi, et dilectorum fidelium nostrorum Bernardi, Ducis Saxonie, de donis Comitis ibidem iudicio presidentis \*) et aliorum multorum terre nobilium de injuriis et contemptu sibi exhibito satisfactorius occurrisset, predictus Episcopus ejus sa-

\*) Diesen Satz enthält auch das Copialbuch gleichlautend.



tiffactionem acceptare renuit, quin prius Hildesleuensi ecclesie priuilegium, quod uolenter ipse rapuerat, in presenti restitueret coram omnibus exhibendum, quod cum ab ipso Comite restitutum et in omnium fuisse audientia prelectum, dictante principum et Baronum terre et omnium ibi collectorum communi sententia, per ipsius priuilegii testimonium omnis iurisdictione, quam in loco predicto sibi uolenter usurpauerat, abjudicata fuit eidem et ipse cum uxore sua Berta et Ottone, filio legitimo, herede suo, omni prorsus actioni, quam contra ecclesiam haecenus habuerat, absolute renunciauit. Cum igitur adhuc eo uivente et aliquanto tempore post ejus obitum Aduocato caruisset monasterium memoratum, nos prouida consideratione pensantes, quis eidem tutor utilis prefici posset et ydoneus, mediante prudentum consilio dilectum filium nostrum Abbatem et fratres suos qui secundum priuilegii sui tenorem aduocatum eligendi liberam facultatem habebant, ad hoc induximus, quod Ottonem Comitem de Gribene, predicti Berengeri Comitis filium, pro nostra petitione et consilio sibi elegerint Aduocatum sub hac forma, quod si forte ecclesie vel hominibus ad eam pertinentibus grauis et importunus existeret, in abbatis et fratrum esset arbitrio et potestate nobis adhibitis et consultis eo remoto quemlibet alium in loco ejus ydoneum et utilem subrogare. Aduocatiam itaque predictam ipsi Comiti in anima sua et peccatorum remissione commisimus in hunc modum, quod coram nobis et multis aliis testibus ydoneis omni penitus actioni, quam in quacunque contra ecclesiam uidetur habere, simpliciter et absolute renunciatis in uerbo fidei promisit, quod nulla unquam occasione sollicitaret aut molestaret idem Cenobium neque preter uoluntatem abbatis et consensum exactionem seu petitionem in ipsa aduocacia faceret, sed locum eundem et homines ad eum pertinentes pro anime sue remedio spe remunerationis diuine protegeret in omnibus et foueret, Ceterum ut ecclesia sepedicta indulgentia et libertate in ueteri priuilegio sibi concessa quiete gaudeat in perpetuum et ut hujus nostre constitutionis ordinatio rata iugiter et inconuulsa permaneat banni nostri confirmatione roboramus et presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri impressione communimus. Qui autem ausu temerario eam calumpniari seu uiolare presumpserit, sub invocatione tremendi examinis dei apostolorum petri et pauli et omnium sanctorum attestacione excommunicationis perpetue uinculis innodamus. Testes hujus facti sunt Volradus Hildesleuensis abbas, Conradus Halberstadenensis ecclesie major prepositus, Wernerus decanus, Borchardus de Sladem archidiaconus in Isleue. Laici: Henricus Comes de Regensten, Sifridus Comes de Blankenborch, frater ejus, Bruno de Jerseleue, Bruno de Wellen, Wipertus de Euendorp, Marquardus et Albertus de Olenstede, Geuehardus de Aluensleue, Heinricus de Eilenstede, Theodericus de Someringen, Otto de Wederingen, Eggehardus de Osterhufen, Ludolfus de Colbiz, Borchardus de Stenuorde, Bernhardus de Hildesleue et alii quam plures. Acta sunt hec in Euendorp, presidente ibidem iudicio Ottone, Comite de Valkensten, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., presidente sancte romane ecclesie Celestino Papa tertio, nostre consecrationis anno quarto.



XV. Lehnbrief für den Grafen Otto von Orieben wegen der Schirmvogtei des Klosters Hillersleben, vom Jahre 1197.

In nomine sancte et individve trinitatis. Ego Gardolfus, dei gratia Halberstaden-  
 sis Episcopus, omnibus vniuersalis Ecclesie fidelibus in perpetuum. Omne negocium munit  
 auctoritas testium et litterarum, ne posteris veniat in dubium, quod a presentibus fuerit institutum.  
 Vnde tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod diutinam contentionem inter Abba-  
 tem de Hildefleue et Comitem Berengerum de aduocatia ejusdem loci habitam eo ordine  
 sopiuimus, quod filius ejus Comes Otto juri, quod sibi pater suus in eadem ecclesia violenter  
 vendicauerat, coram nobis in presentia multorum per omnia renunciauit. Abbas quoque secundum  
 tenorem priuilegii ejusdem ecclesie in eligendo aduocato liberam habens facultatem ad consilium et  
 petitionem nostram cum conuentu suo predictum Comitem Ottonem sibi elegit aduocatum et  
 nos eum, sicut ad nos pertinuit eadem aduocatia inbeneficiauimus sub ea forma et pactione, ut  
 ipse modum juris et antique consuetudinis, quam ecclesia illa in bonis suis habuit non excedens  
 aduocatiā tantum per se procuraret, ut nec obtentu muneris vel alicujus obsequiis partem aduo-  
 catie seu in villis seu in mansis unquam alicui hominum in beneficio conferret, unde grauamen et  
 incommodum ecclesia in posterum esset habitura. Vt hujus igitur actionis nostre confirmatio in per-  
 petuum rata et inconuulsa permaneat banni nostri confirmatione et sigilli impressione corroborauimus  
 et qui eam calumpniari seu violare presumpserint, sub tremendi iudicis dei inuocatione et bea-  
 torum apostolorum Petri et Pauli, sancti Stephani sanctique Laurentii omniumque sanctorum atte-  
 statione perpetue excommunicationis gladio feriuntur et cum Dathan et Abyron absorbeantur. Huic  
 actioni testes intererant: Conradus, Halberstaden-  
 sis ecclesie major prepositus, Wernerus,  
 Decanus, Heinricus et Sifridus, Comites de Regensten, Geuehardus de Aluensleue,  
 Heinricus de Eilensede, Theodoricus de Sumeringe, Otto de Wedinge, Ekehar-  
 dus de Osterhufen, Liudolfus de Kolbiz, Burchardus de Stenvorde, Bernardus  
 de Hildeleue aliique quam plures tam clerici quam laici catholice ecclesie fideles pro testimonio  
 veritatis retributionem eternam apud Deum indubitanter obtinentes.

Gerden's Cod. I, 17. 18.

XVI. Papst Innocenz III. bestätigt das Kloster Hillersleben, am 18. März 1199.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Abbati et Conuentui mona-  
 sterii de hildefleue, ordinis sancti Benedicti, halberstaden-  
 sis dyocesis, salutem et apostolicam be-  
 nedictionem. Sacrosancta romana ecclesia deuotos et humiles filios ex assuete pietatis officio pro-  
 pensius diligere consuevit et ne prauorum hominum molestiis agentur, eos tanquam pia mater sue  
 protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in domino filii, vestris iustis postulacionibus  
 grato concurrentes assensu, personas vestras et monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati,



cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adhipisci, sub beati petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, vineas, possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio predicto auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum lugduni, XV. kal. aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Cop. I, fol. 3.

XVII. Bischof Friedrich von Halberstadt bestätigt das Kloster Hiltersleben und übernimmt die Schirmvogtei desselben, im Jahre 1214.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus, dei gracia sancte Halberstaden-  
 den-  
 sis ecclesie episcopus, omnibus cristifidelibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Quecun-  
 que ad laudem et gloriam nominis Jesu Cristi et ad commodum ecclesiarum, ubi nomen eius  
 iugiter inuocatur, a venerabilibus dominis predecessoribus nostris huius sancte Halberstaden-  
 sis ecclesie episcopis invenimus ordinata, iustum est et rationi consentaneum, ut et gestis eorum favorem  
 benivolum impendamus et que pie fecisse noscuntur contra varios futurorum incursum nostre firmi-  
 tatis robore muniamus. Ea propter libertatem illam et gratiam, quam venerabiles domini anteces-  
 sores nostri Herrandus et Reinhardus episcopi, Cenobio hildefleuensi et fratribus inibi  
 Domino famulantibus impenderunt, ut gracia ipsorum nostram et confratrum nostrorum, maioris  
 ecclesie nostre canonicorum, superaddamus gratiam et favorem, ad instanciam dilecti in cristo filii  
 nostri, Cesarii, eiusdem Cenobii abbatis, confratrumque suorum, quos sincera diligimus caritate,  
 duximus innovandam et presentis scripti privilegio, tribus sigillis, nostro et ecclesie nostre necnon  
 ipsius hildefleuensis ecclesie insignito, testibus adhibitis, inviolabiliter muniendam, ne id, quod  
 per nos provida deliberatione statutum est, predictarum ecclesiarum accedente consensu, novis super-  
 venientibus valeat in posterum retractari. Sane sicut ex privilegio jam dicti reinhardi episcopi  
 nobis constitit, quod vidimus et perspeximus diligenter, bone memorie henrandus episcopus pe-  
 titione Aldefindis, neptis sue, filiorumque eius Bodonis, Widekindi, Guncelonis et  
 Bernardi ipsum locum, anno domini incarnationis MXC. VI. ex ordine clericali in religionem  
 monasticam transmavit, secundum ordinem Hlfeneburgensem, quos religiosiores in ipso cen-  
 obio reperit, inibi constituens, decimam duodecim mansorum, in eiusdem ville marcha adiacentium,  
 pro remedio anime sue, antecessorum successorumque suorum eidem loco conferens, banni sui muni-  
 mine stabilivit. Cum vero longo post tempore Dominus Reynhardus episcopus ad regimen hu-  
 ius ecclesie sancte Halberstaden-  
 sis divina favente clementia vocaretur et pastor legitimus presideret,  
 Dominus Milo, comes, ipsam ecclesiam beati Laurentii de voluntate uxoris sue Luithpurge  
 ipsius omniumque heredum suorum consensu ob petitionem consiliumque jam dicti episcopi liberam



deo et sancto petro rome contulit cum prediis omnigenisque redditibus eidem ecclesie attinentibus, quatinus inibi deo seruiantibus, quibus etiam Ilfeneburgensem priorem aluericum abbatem primum prefecit, nec spiritualis nec secularis, sed nec quilibet heredum aliqua gravamina seu privatas consuetudines et iura in perpetuum ingerat aut exigat, sed rome duntaxat in signum subiectionis ab ipso loco corporale eidem apostolice sedi annis singulis perfoluatur. Porro advocaciam domino miloni ea ratione concessit, ut inter filios suos filiorumque filios et deinceps posteros ceteros, ex masculino sexu natos, obtinere deberet. Quodsi in posteritate heredum masculinus sexus deficeret, sicut manifeste iam defecisse dinoscitur, statuit ut potestas eligendi advocatum in ius abbatis fratrumque rediret. Hec autem et alia, que de libera electione abbatis et de ipsius destitutione, si dilapidator inveniretur et everfor et plura, que ad presens pertinere negocium non videntur, que ad illius ecclesie commodum noscitur ordinasse, que in suo privilegio expressius continentur, adhibitis testibus ydoneis, banni sui munimine valide stabilivit, precipiens ea firmiter observari, que nos non solum ob eius et iuris reverenciam duximus approbanda, immo etiam in meliorem statum et ad majus predictae ecclesie commodum perducenda. Unde quia advocati, ut opera eorum enormia demonstrant manifeste, magis ecclesias disturbare, quam patrocinari eidem iam multo tempore confueverunt et in arcum pravum conuersi earum raptores et everfores existunt, et quarum si saperent patroni esse deberent, et usque ad sanguinis effusionem eas quo accinguntur gladio defendere, nos contra morbum illum, qui heu nimis invaluit, medelam et curam quamcumque sero duximus adhibendam sub nostram protectionem predictam suscipientes ecclesiam cum omnibus attinentiis rebus et personis et de consilio fratrum nostrorum, maioris ecclesie nostre canonicorum, quorum hic nomina precepimus subnotari et de predicti abbatis petitione et plenissima voluntate et consensu conventus sui nobis in omnibus affavente, provide statuentes, ut predicta advocatia in nostra nostrorumque successorum maneat in perpetuum potestate, ita ut neque nos neque nostri successores auctoritatem aliquam deinceps habeamus ipsam alicui in feodo porrigendi, sed in nostra eorumque manu nullo mediante maneat in secula seculorum, amen. Verum quia diversi casus frequenter emergunt, et in omnibus presentes esse non possumus, hanc predicto abbati suisque successoribus gratiam duximus conferendam, ut si ipse vel ecclesia sua necessarium habuerit mundibardium, sive eum, qui causas iudicet incidentes, de licentia nostra talem sibi eligat et statuatur, qui causas sanguinis sive furti in eo necessitatis articulo, ubi nos non possumus habere, iudicet vice nostra, Salvo tamen et conservato nobis in omnibus iure nostro. Huius autem ordinationis rationabilis et honeste testes sunt uniuersi maioris ecclesie nostre canonici, quorum hic nomina continentur, Burchardus, decanus, Otto de tobin, Anno, cellerarius, Almarus, sancti Pauli prepositus, Conradus, herfordensis prepositus, Arnoldus de seherenbeke, Meynhardus de kraniefelt, Burchardus de wartperch, Wolterus de arnestein, Bertoldus de Lichowe, Bernhardus, vice dominus, Conradus, sancte Marie prepositus, Ludolfus de fladen, Heynricus, camerarius, Gardolffus, advocati filius, Arnoldus, scolasticus, Conradus, archidiaconus orientalis, Magister Jo., Albertus de cruceburg. Layci vero nobiles Sifridus de blankenborg, Wernerus de amvorde, Wernerus de lichtenburh, Wernerus de suselz, Hugoldus de seherenbeke; Ministeriales autem Geuehardus de alvenfleue, dapifer noster, Jo. de gaterfleue, Anno de cyllentide, Henricus de cereninge, Thidericus, marschalcus noster, at alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>., Indict. XV. presidente sancte romane ecclesie papa innocencio huius nominis III<sup>o</sup>. Ut igitur hec ordinacio semper maneat inconvulsa et a posteritate sana et integra conservetur, hanc paginam inde conscribi et



tribus sigillis, ut premisimus, fecimus insigniri sub interminacione anathematis districtius inhibentes, ne quis ea infringere vel immutare presumat. Si quis autem suadente dyabolo hoc attemptare presumpserit, indignacionem dei omnipotentis et beatorum apostolorum petri et pauli et nostri anathematis se noverit incursum. Datum Halberstadt, per manum Thiderici notarii nostri. Anno consecrationis nostre III<sup>o</sup>.

Cop. I, fol. 1.

XVIII. Das Kloster Colebeck verkauft eine Hufe in Evendorf dem Kloster Hiltersleben, am 17. April 1220.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Escelinus, dei gracia prepositus et totus conuentus in Colebeke cristi fidelibus vniuersis presentibus et futuris. Recognoscimus et presenti pagina protestamur, quod nos mansum quendam in Euendhorp situm, nostre ecclesie pertinentem iure proprietatis, vendidimus domino abbati et monasterio in hildesleue pro duodecim marcis argenti de communi consilio et consensu, quas in usum et vtilitatem ecclesie nostre rededimus, redimentes ex eis quedam bona nostra propter urgentes necessitates nostras et ecclesie nostre impignorata a nobis. Renuntiamus igitur omni iure, quod habuimus in manso prefato et ne in posterum oblivione aut verucia alicuius possit aliquod impedimentum supra scripte vendicionis nostre factum fortiri, presentem paginam testium subscriptione et sigilli nostri impressione firmatam monasterio dedimus memorato. Testes huius rei sunt Johannes, Albertus, Arnoldus, Euerwinus, Conradus, Heydenricus, sacerdotes; Fridericus, Thomas, Germarus, Baldwinus, diaconi, duo Conradi, subdiaconi, fratres ecclesie nostre. Actum anno dominice Incarnacionis M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XX<sup>o</sup>. XV<sup>o</sup>. kal. Maii.

Cop. I, fol. 23.

XIX. Pappst Honorius III. bestätigt dem Kloster Hiltersleben Besitzungen und Freiheiten, am 20. Mai 1220.

Honorius, episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis abbati et conuentui monasterii hildesleuen salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit et ne pravorum hominum molestiis agentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Ea propter, dilecti in domino filii vestris iustis precibus inclinati personas et monasterium vestrum, in (quo) diuino estis



obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que in presenti rationabiliter possidetis, aut in futuro iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub beati petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem uillas cruzezhe, woltwi, bozezhe et putgorize, In dollen uero ecclesiam cum quatuor mansis, In mesberghe VIII mansos et dimidium et ecclesiam cum duobus mansis, In semtesweghe VIII mansos, In valdorp VI mansos, In gheroldestorp VIII mansos, In euendorp VIII mansos, In wiffemengere III mansos, In osterhusen III mansos et dimidium et unum pratum, In howersleue XIII mansos, In hogremestorp III, In irkesfleue duos, In snardefleue vnum et dimidium, In meyndorp vnum mansum, In minori wellen duos, In ochmerfleue vnum, In minori rodenfleue III<sup>or</sup> et dimidium, In domerfleue XVI, In pesekendorp vnum, In emeringhe VII, In majori rodenfleue XIII<sup>or</sup> et dimidium, In drakenstede decem, In druchtesberghe III et dimidium, In minori druchtesberg dimidium mansum, In dodendorp vnum, In gropendorp III, In emmede duodecim mansos et III<sup>or</sup> iugera, In vlechtigh II mansos et octo iugera, In stenvorde vnum, In wederigh mansum et dimidium, ac medietatem uille de smervelde. Libertates quoque et immunitates, a regibus et principibus et aliis fidelibus ipsi monasterio pia et provida deliberatione collatas, sicut ea omnia iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum laterani, III. kal. junii, pontificatus nostri anno quinto.

Cap. I, fol. 3.

XX. Papat Honorius III. bestätigt die bischöfliche Urkunde vom Jahre 1214 dem Kloster Hilderleben, am 5. Mai 1221.

Honorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii Hildesleuen salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris iustis precibus inclinati, personas vestras et locum, in quo divina estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis vestris, que in presenti rationabiliter possidetis aut in futuro iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub Sancti Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem libertates et immunitates vobis et monasterio vestro a bone memorie H.\*) et R. ac a venerabili fratre nostro, Halberstadenfibus episcopis, loci dyocesanis, ac etiam a clare

\*) Diesen Buchstaben liest man nicht mit Deutlichkeit; er ist im Copiale durch Nässe fast verloschen; — wahrscheinlich soll er aber den Bischof Herrand von Halberstadt bezeichnen.



memorie Comite Hildesleuensi, eiusdem monasterii fundatore, concessas, nec non ius advocacie, quod idem comes monasterio in proprium concessit, possessiones et alia bona, pia vobis fidelium devotione collata, vel alias ad vos iusto tytulo pertinentia sicut ea omnia iuste ac pacifice obtinetis, et in autentico inde confecto plenius continetur, vobis et per vos eidem monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communitus. Ad rei autem evidentiam pleniorum tenorem ipsius autentici de verbo ad verbum presentibus duximus inferendum, Qui talis est: (Siehe No. XVII.) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum laterani, III Non. Maii, pontificatus nostri anno Quinto.

Cop. I, fol. 1.

XXI. Abt Cäsarius acceptit eine Schenkung Haold's von Angern für das Kloster Hillersleben, am 25. Juli 1232.

In nomine sancte et individve trinitatis. Cäsarius, dei gracia hildesleuensis ecclesie abbas in perpetuum. In fuga est status mundi huius et temporis, nimirum et in incerto fluctuat omnis actio temporalis. Ne itaque quod geritur in tempore simul evanescat cum tempore, oportet scripture firmamento posterorum memorie commendari. Noverint igitur vniuersi tam presentes quam posteri, quod conventus noster quatuor libras argenti ab haoldo milite de angern, cognato nostro, oblatas et ad communem fratrum consolacionem deputatas ad quosdam redditus, quos prius ecclesia non habuerat, in Wederinge comparandos nobis assignavit. Nos autem ipsorum devocioni respondentes pro anime nostre remedio chorum filiginis, qui de allodio in melsberge soluitur, quem a marquardo tribus marcis, ecclesie litone, redemerunt, et duos mansos, in maiori rodenfleue sitos, ad fratrum infirmorum solacium deputavimus statuentes, vt quicquid de proventibus eorundem tam in annona quam in pecunia, porcis et aliis utilitatibus annis singulis haberi potuerit, ad vsus fratrum infirmorum necessarios impendatur. Decrevimus preterea vt deliberato consilio fratres sibi provisorum vnum ex ipsis in bonis procurandis eidem eligant, qui, si negligens et inutilis extiterit, ipsum removendi et alium in loco eius ydoneum subrogandi liberam habeant facultatem. Porro nobis nostrisque successoribus ius advocacie bonorum ipsorum liberam reservamus, pro eo precipue, ut nostri successores iuris ac debiti necessitate compulsi ad tuicionem proventuum predictorum operam adhibeant efficacem. Ceterum ne huic ordinacioni nostre rationabili quisquam ausu temerario contraire presumat dei omnipotentis auctoritate nostrique anathematis interminacione districtius inhibemus. Acta sunt hec VIII. kal. Augusti, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>., Indictione V<sup>a</sup>, abbacie nostre XXVII. Huius rei testes sunt: Thidericus, prior, hincicus, custos, burchardus, cantor, hermannus de bornstede, arnoldus de magdeburch, hermannus. Milites vero prefatus haoldus de angern, gerbertus de ammenfleue, heydenricus de wederige, geroldus de hildesleue. Ad maiorem denique tocius securitatis cautelam hanc paginam inde conscriptam tam nostro quam ecclesie nostre sigillo fecimus roborari.

Cop. I, fol. 19.



XXII. Bischof Friedrich von Halberstadt leistet im Gerichte zum Stein zwischen Regenstein und Langenstein dem Kloster Hillersleben wegen seiner Vogtei gegen den Grafen Ulrich von Regenstein rechtliche Gewehr, am 29. September 1232.

Fredericus, dei gracia Halberstadenfis Episcopus, omnibus hoc scriptum auditoris Salutem in domino. Notum sit omnibus, quod cum in quodam placito essemus apud lapidem inter Langensten et Regensten cum dilecto filio Abbate de hildefleue contra nobilem virum Olricum, filium comitis heinrici de Regensten, qui advocaciam dicti monasterii petebat ab abbate predicto, nos super ipsa aduocacia warandiam prestimus abbati et monasterio memoratis et prestamus, quousque per iustitiam euincatur a nobis. Huic autem facto interfuerunt Meinardus, maior prepositus, Anno, decanus, Albertus, cellerarius, Burchardus, uicedominus ecclesie nostre, Johannes de Gaterfleue, Hinricus de Gaterfleue, Heinricus de Zeringen, Heinricus de Eilenstede, Bruno et Daniel de Aspensted et alii quam plures. Acta sunt hec anno gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>., in die michaelis. Et ne quis hoc dubitet, presentem paginam dicto abbati et monasterio in testimonium erogamus.

Cop. II, fol. 25.

XXIII. Schiedsrichterliche Ausöhnung des Klosters Hillersleben mit dem Grafen Ulrich von Regenstein, vom 29. November 1246.

Nos Cono de diepholt et Gherhardus, halberstadenfis ecclesie canonici, Sifridus, Comes de Regensten et wernerus, nobilis vir de Sufeliez, Omnibus hanc paginam inspecturis uolumus esse notum, quod cum inter Abbatem de hildefleue et comitem vlricum de regensten super quibusdam dampnis, ecclesie in hildefleue ab ipso illatis, questio verteretur, Ipsi Abbas et Comes nostro se arbitrio super hiis totaliter submiserunt. Nos vero consensum vtriusque partis habentes, taliter arbitrando duximus statuendum, Comes vlricus in restaurum dampni illati dabit ecclesiam in wederinghe cum omni vtilitate et iure et cum advocacia ecclesie in hildefleue de consensu heredum suorum infra quatuordecim dies perpetualiter possidendam, et expediet eam omni impedimento, si quod est, usque ad octavam pentecostes proxime nunc venturam. Quod si forte facere non poterit, ex tunc de condigno restauo arbitrio nostro stabit. Dominus Abbas debet esse bonus amicus Comitis Vlrici de omni actione preterita, et ipse comes suus e contra. Item ipse comes faciet restitui duos equos et farinam et bracium, que nuper ecclesie abbata fuerunt, recipiet et Tydericum, seruientem abbatis, in graciā suam et amicitiam pristinam, sicut prius. Item de via alla (sic!), de qua inter ecclesiam in ammenfleue et ecclesiam in hildefleue discordia est, Dominus abbas de hildefleue restituatur possessioni sue, et respondebit ad iusticiam, si quis ipsum super ea voluerit impulsare. Hec omnia infra quatuordecim dies fieri statuimus, sed de expedicione ecclesie in wederinghen, si alicubi impedita est,



fiat usque ad predictum terminum. Alioquin si arbitrio nostro utrobique non steterint, ex tunc eam sic et in eo statu, in quo nunc est et omnis actio sicut presens. Si uero aliquis ex nobis arbitris medio tempore moritur vel exierit terram, alius assumetur. Et in hunc modum ipsos fecimus concordare, ita quod Comes Olricus erit omni modo ecclesie in hildefleue fauorabilis et benignus: et ne in posterum super hiis alicuius discordie scrupulus oriatur, hanc paginam nostris et abbatis et comitis sigillis fecimus roborari. Actum halberstad anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLVI<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. kal. Decembris. Nos hermannus, dei gracia prepositus, arnoldus, decanus, totumque halberstadenfis ecclesie Capitulum continenciam huius pagine gratam et ratam habemus et hoc per appensionem sigilli ecclesie nostre fideliter protestamur.

Cop. II, fol. 24.

XXIV. Graf Ulrich von Regenstein läßt das Kloster Hillaersleben in den Besitz der Kirche zu Wederingen einweisen, im Dezember 1246.

Honorabili viro Domino abbati de ammenfleue olricus, dei gracia comes de Regenstein cum dilectione sincera salutem. Recognosco fideliter et protestor, quod ego cum uxore mea et pueris meis contuli ecclesiam in wederig cum omni vtilitate et iure et cum aduocata ecclesie in hildefleue perpetualiter possidendam in restaurum dampni, quod per me ipsi ecclesie est illatum. Vnde discrecionem vestram rogo attente, quatenus, assumpto domino conrado milite de uilla uestra, dominum abbatem de hildenfleue in corporalem possessionem dicte ecclesie inducat, cuius auctoritate mea mandantes, ut sibi in omnibus obaudiant tanquam michi.

Cop. I, fol. 21.

XXV. Bischof Wolrad von Halberstadt erklärt sich damit einverstanden, wenn dem Abte zu Hillaersleben bischöfliche Insignien beigelegt werden sollten, am 1. Juni 1246.

Nos wolradus, dei gracia halberstadenfis episcopus, dilecti nobis in Christo abbatis de hildefleue precibus inclinati, indulgemus, quod insigniis, si que forte a sede Romana obtinuerit, in dyocesi nostra loco et tempore debito possit vti, hoc in hiis literis protestamur. Datum halberstad, kal. junii.

Cop. I, fol. 23.



XXVI. Pappst Innocenz IV. ertheilt dem Abte zu Hillersleben gewisse bischöfliche Rechte,  
am 5. Dezember 1246.

Innocentius, episcopus, seruus seruorum dei, venerabili fratri archiepiscopo maguntinensi salutem et apostolicam benedictionem. Dignum te inter ceteros ecclesiarum prelatos speciali sedis apostolice gracia reputantes, tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue concedendi dilecto filio, abbati monasterii de hildefleue, halberstadenfis dyoecesis, (mitre) annuli, cyrothecarum, sandaliorum, dalmatice ac tunice vsu, nec non facultatem benedicendi pallas altarium et tam leuitica quam sacerdotalia uestimenta, et largiendi benedictionem super populum more pontificum finitis missarum sollempniis et vespertinis officii in precipuis eiusdem monasterii festiuitatibus tribuimus auctoritate presencium potestatem. Datum Lugdunis, nonas decembris, pontificatus nostri anno primo (1243).

Cop. I, fol. 22.

Anmerkung. Diese Urkunde ist in dem Copial zum zweiten Mal vorhanden, indem sie nämlich dem folgenden erzbischöflichen Schreiben eingereicht ist. Sie enthält aber in der zweiten Abschrift die Schlussworte richtig dahin verändert: Datum lugdunis, nonis decembris, pontificatus nostri anno quarto (1246). (Siehe Urk. No. XXVII.)

XXVII. Der Erzbischof von Mainz bestätigt dem Abte zu Hillersleben die päpstlichen  
Zugeständnisse, am 12. Juni 1247.

S., dei gracia Sancte maguntinensis Sedis archiepiscopus, Sacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilecto abbatii monasterii in hildefleue, halberstadenfis dyoecesis, salutem et sinceram in domino karitatem. Literas domini pape recepimus in hunc modum: Innocencius etc. (Urk. No. XXVI.)

Igitur ut et decora filia jherusalem tam fidelibus quam infidelibus terribilis appareat, ut castrorum acies ordinata ecclesia militans uariis frequencius insignitur tytulis dignitatum, per quas tanquam ornata monilibus et circumamicta varietate venustatem preferat uirtutum illustrium ecclesie triumphantis, Quod que tandem habebit in re, in specie gerere se ostendens ueritatem indicet per figuram; Quare Sedes apostolica mater ecclesiarum omnium et magistra, ecclesias alias tanquam adolescentulas suas honorum insigniis libenter adornat, pro meritis singularum. Ea propter deuotis tuis precibus inclinati vsu mitre, annuli, cyrothecarum, sandaliorum, dalmatice ac tunice, nec non facultatem benedicendi pallas altarium et tam leuitica quam sacerdotalia uestimenta et in precipuis tui monasterii festiuitatibus tam foris quam intus finitis missarum sollempniis ac officiiis vespertinis tibi tuisque successoribus in perpetuum auctoritate apostolica duximus concedendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et



pauli, apostolorum eius, se nouerit incurfurum. Datum Fulde, pridie idus junii, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLVII<sup>o</sup>., pontificatus nostri anno septimo decimo.

Cop. I, fol. 22.

XXVIII. Erzbischof Gerhard von Mainz bestellt den Abt des Klosters Hillersleben zugleich zum Abte in Ilfenburg, am 4. Juni 1254.

Gerhardus, dei gracia Sancte Maguntinenfis sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archiepiscopus (Archicancellarius?) uisitacionis officium auctoritate sedis apostolice ac etiam metropolitana in ciuitate et diocesi Halberstadenfi ministrans, cum de prouidencia et dilectione in cristo Gheuehardi, abbatis monasterii in hildefleue, eiusdem dioecesis, Ordinis sancti Benedicti, laudabile testimonium recepissimus a pluribus fide dignis, Abbaciam in Ilfenborch Monasterii eiusdem ordinis et dioecesis, ad quam noscitur per arbitrium institutus, quod spes est, quod ipsum monasterium, in temporalibus et spiritalibus collapsum, per eius prouidenciam valeat salubriter reformari, eidem abbati de prudentum virorum consilio auctoritate uisitatoria iam dicta duximus cum altera commendandam, sic quod ipse utrisque, sicut haecenus, per sex annos nunc instantes licite preeffe valeat, Non obstante statuto consilii Maguntinenfis, et ut medio tempore ipsum monasterium in Ilfenborch ad statum pristinum et debitum reuertatur, Ipse quoque deliberet, apud quodnam ipsorum maluerit hoc elapso termino alio postposito permorari. In cujus facti testimonium et debitam firmitatem nostras has litteras, sigillo nostro munitas, eidem abbati duximus tribuendas. Datum halberstad, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LIII<sup>o</sup>., II. Non. Jun., pontificatus nostri anno tercio.

Cop. II, fol. 25.

XXIX. Das Capitel S. Pauli zu Halberstadt verkauft dem Kloster Hillersleben Zehnthebungen in Wederingen und Steinfurth, am 21. April 1255.

Hermannus, dei gratia prepositus totumque capitulum sancti pauli in halberstad in perpetuum. Ne cum tempore transeant, que sunt in tempore, scriptis solent et testium subscriptionibus roborari. Ea propter notum facimus tam presentibus quam futuris cristifidelibus vniuersis, quod nos decimas, quas habuimus in quatuor uillis, wederige et item wederige, stenvorde et stenvorde, pro quibus nobis annuatim decem talenta magdeburgensis monete in festo Johannis baptiste coloni earundem uillarum persoluere tenebantur, sub tali pena, vt quando nobis in eodem



fecto non perfoluerunt, ad solucionem nobis iustarum decimarum tenerentur, de communi uoluntate et consensu domini Geuehardo, abati, et conuentui de hildefleue uendidimus cum omni iure et utilitate, qua nos easdem decimas tenebamus, receptis ab eis proinde C et VIII marcis examinati argenti, quas nos in utilitatem ecclesie nostre tam in aduocaciis redimendis siue in aliis possessionibus, nobis et ecclesie nostre magis utilibus comparandis duximus expendendas, renuntiantes omnibus litteris et priuilegiis, quibus conuentus supradictus super hoc tractatu posset in posterum impediti. Huius rei testes sunt: Burchardus, vicedominus, Rudolfus, portenarius, Euerwinus, sancti bonifacii prepositus, Gunterus de mansfelt, nostre maioris ecclesie canonici, Vviferus, Hermannus et Conradus, canonici sancti pauli, totumque eiusdem ecclesie capitulum, et alii quam plures. Actum anno Domini M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. C. LV<sup>o</sup>. Et ne super hoc dubium aliquod in posterum oriatur, presentem paginam inde conscriptam et tribus sigillis nostre maioris ecclesie, nostro et capituli sancti pauli communitam, prefatis, domino abbati et conuentui, duximus in testimonium ualidum erogandam. Datum halberstad, anno gracia prenotato, Nono kal. Maj, Indictione XIII.

Cop. I, fol. 17.

XXX. Das Domcapitel zu Havelberg verkauft dem Kloster Hillersleben eine Hufe in Afendorf, am 30. Dezember 1255.

. . . Dei gracia havelbergenfis ecclesie prepositus, iohannes, prior, totumque eiusdem ecclesie capitulum Omnibus inspecturis in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum et more aque defluit decurrentis, ea, que aguntur in tempore, ne similitur labantur cum tempore dilabente, poni solent in lingua testium et scripture memorie perhennari. Notum igitur fit vniuersis tam presentibus quam futuris, quod nos reditus vnius mansi, ad nos de iure pertinentis, in villa achendorp siti, ecclesie hildefleue pro X marcis stendaliensis argenti dimisimus in ius perpetue proprietatis, excepto eo, quod ius aduocacie nostre ecclesie referuamus. Ne autem in posterum aliquid dubietatis aut similitatis possit oriri, presentem paginam sigilli nostri impressione duximus roborandam. Testes huius rei sunt Wipertus, prepositus, Johannes, prior, Bertoldus, camerarius, Hinricus, custos, Bertoldus, celerarius, Hinricus de calenvorde, Hinricus de sandowe, Manegoldus, Wefzelinus, Hinricus de suecthen, Orlieus, Johannes de runtorp, Johannes de Creuese, Cono, sacerdotes, et alii quam plures. Actum havelberg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LVI<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. kal. Januarii.

Cop. I, fol. 23.



XXXI. Abt Heinrich von Hillersleben befundet, daß Dieterich von Wahldorf eine Hufe in Wfendorf für das Kloster gekauft habe und verfügt über die Verwendung der Einkünfte, am 18. Juli 1259.

Hinricus, dei gracia abbas in hildesleue, vniversis presentem paginam inspecturis eternam in domino salutem. Ne laudabilis hominum institutio a memoria lapsu temporis euanescat, expedit, ut ea, que aguntur, in scripta publica redigantur. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam futuri, quod dilectus nobis in cristo thidericus de valdorp, cooperantibus deuocioni sue ecclesie nostre sororibus mechtilde uidelicet de gardelegé et ifingarde, quendam mansum, in uilla akkendorp situm, ob anime sue remedium comparauit. Procedente igitur tempore idem thidericus a nobis petiuit, quatinus census dicti mansi in communem fratrum consolacionem conuerteretur. Cuius rationabili petitioni nostrum favorem et consensum apponentes decreuimus et statuimus firmiter et districte, quatenus de medietate eiusdem census, hoc est de V solidis, anniversarius prefati thiderici, postquam carnis debitum exsoluerit, peragatur. De residua uero medietate, hoc est de aliis V solidis, fratres in festo beate katherine procurentur, pro eo uidelicet, ut eadem festiuitas sollempnior habeatur. Preterea decreuimus, ut si quis ex fratribus presit officio infirmorum, predictum censum recipiat annuatim, et prefatas procuraciones temporibus, quibus prediximus, amittret. Ne igitur hec nostra ordinacio ab aliquo nostrorum successorum in posterum reuocetur, hanc paginam tam nostri quam ecclesie sigilli fecimus munimine roborari. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. L. VIII°, Indictione IIª, XV°. kal. augusti.

Cap. I, fol. 20.

XXXII. Abt Heinrich von Hillersleben verfügt über einen Hausplatz zu Gunsten der Conventsbrüder und des Hospitals daselbst, im Jahre 1260.

Hinricus, dei gracia abbas in hildesleue, omnibus hanc literam inspecturis Salutem in domino. Vt ea que rite acta et ad inuolabilem firmitatis obseruanciam in commune sunt deducta nec in irritum reuocari aut interpretacionis sinistre nubibus ualeant, quod absit, in posterum obfulcari, recognoscimus et auctoritate presencium firmiter protestamur, volentes, nostram notabilem actionem vniuersis esse notoriam euidenter, uidelicet quod nos consilio maturo prehabito et fratrum nostrorum vnanimi consensu accedente et uoluntate, aream quandam, quam a friderico milite, qui eam de manu nostra tenuit, redemimus, quam ipsis pro vna libra fratribus duximus conferendam, ut fructus aliquos deputatos ab area memorata ad sui et infirmorum consolacionem percipere ualeant annuatim memoratam cuiunque eam locare decreuerint habita postetate. Vt igitur huius facti memoria per ueritatis euidentiam clarius elucescat et ne factum nostrum ausu temerario quisquam temerare contra rationem presumat, presentem paginam ad robur ualidissimum et cautelam conscribi fecimus et sigilli nostri et ecclesie munimine duximus roborandam. Acta hec sunt pre-



sentibus et consentientibus Dragobodone, priore, Bertramo, custode, Bertoldo, cellerario, Johanne, hospitalario, Hinrico, infirmario et aliis quam pluribus anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>.

Cop. I, fol. 19.

XXXIII. Papsst Clemens IV. bestätigt das Kloster Hillersleben, am 14. Juli 1265.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Abbati et conuentui monasterii sancti laurentii in hildefleue, ordinis sancti Benedicti, halberstadenſis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus siue per priuilegia seu alias indulgentias uobis uel monasterio uestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis cristi fidelibus racionabiliter uobis et monasterio uestro predicto indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli, apostolorum eius, se nouerit incursum. Data Perusii, II. Idus Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

Cop. I, fol. 3.

XXXIV. Erzbischof Conrad von Magdeburg überläßt dem Kloster Hillersleben das Spolienrecht über die Pfarre zu Wederingen, am 23. April 1267.

Conradus, dei gracia Sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Vniuersis presentibus et futuris in perpetuum. Ne res inter presentes acta notabiliter et patenter inter posteros habeatur ambigue vel latenter, recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod accedente consensu capituli nostri domino abbati et conuentui in hildefleue nobis supplicantibus indulsumus, vt parrochiam in wederige infra terminos banni ecclesie nostre sitam, de qua archidiaconus in morte plebani cuiuslibet illius parrochie id, quod sibi competit nomine synodali, exigere tenetur et recipere, habeant idem abbas et conuentus de hildefleue et successores oneris eiusdem liberam et ab omni iure huiusmodi et exemptam, recompensatis tamen tribus solidis denariorum annis singulis ipsi archidiacono, qui pro tempore fuerit, ab eisdem, abbate scilicet et con-



uentu, quos ei in festo dominorum ut annuos redditus ministrabant. In cuius rei testimonium presentem literam conscribi iussimus et sigillis, nostro scilicet et capituli nostri, fecimus sigillari. Datum magdeburg, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup> LXVII., IX. kal. maj, Pontificatus nostri anno primo.

Cop. I, fol. 21.

XXXV. Die Grafen Ulrich und Albert von Regenstein überlassen dem Kloster Hillersleben ihre Rechte auf die Schirmvogtei, am 12. März 1272.

Nos olricus et albertus, dei gracia Comites de Regenstein, tenore presencium publice protestamur, Quod aduocaciam ecclesie in hildesleue vendidimus Abbatem (sic) et conuentui eiusdem loci sub hac forma, ut nobis infra hinc et festum beati Galli Quingentas marcas examinati argenti integraliter debeant persoluisse, preterea, quibuscunque uoluerit abbas et conuentus, eandem aduocaciam porrigemus, si ab Abbate et ecclesia ammoniti fuerimus, ut eandem aduocaciam totaliter resignemus. Receptores vero data fide promittent nobis, ut nobis resignent eodem sub momento aduocaciam memoratam. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXII<sup>o</sup>., III. ydus Marci, Halberstadii, in curia domini Comitis Senioris.

Cop. II, fol. 25.

XXXVI. Bischof Volrad von Halberstadt stellt in Ansehung der Vogtei des Klosters Hillersleben das im Jahre 1214 getroffene Verhältniß her, am 18. Mai 1273.

Volradus, dei gracia halberstadenfis ecclesie episcopus, Hermannus, prepositus, Wiegerus, decanus, totumque eiusdem ecclesie capitulum omnibus in perpetuum. Quoniam antiquus hostis, cuius mille sunt modi nocendi, contra religiosos plures uerfucias et fallacias inquit, quibus eos a proposito sancto reuocet, et in executione mandatorum dei perturbet; Ideo vigilantissimo studio debemus incedere, quod subjectis nobis monasteriis consulamus taliter, quantum scimus et possumus, ut quiete uiuant, et diuinis obsequiis cum serenitate cordis iugiter ualeant occupari. Nouerint igitur uniuersi, tam presentes quam futuri, quod nos dilectorum nobis in cristo Bartoldi abbatis tocius conuentus monachorum, hildesleuensis monasterii ordinis sancti benedicti, deuotis precibus inclinati, libertates et priuilegia, per uenerabilem patrem dominum fridericum, quondam ecclesie nostre episcopum, quoad ius aduocacie eidem indulta, presentis scripti patrocinio duximus innouanda, prefatum monasterium eadem uel uberiori gracia cum fauore plenissimo per omnia profequi cupientes. Ad cuius euidentiam predicti patris et domini friderici auctenticum huic instrumento de uerbo ad uerbum duximus inferendum: (No. XVII).



Nos itaque predecessorum nostrorum uestigiis inherentes et confirmationem domini honorii pape attendentes concedimus tam vniuersaliter quam concorditer, vt sepedicti monasterii abbas et fratres vniuersi, qui nunc sunt, uel pro tempore fuerint ibidem, iure aduocatie sue secundum predictae libertatis modum per omnia libere pociantur, omnem auctoritatem ipsam aduocatiā donandi, inphodandi seu quocunque modo uel tytulo ab ipso monasterio tranfmutandi a nobis penitus abdicantes, per sollempnem eciam stipulacionem nos obligantes, si contrarium forte, quod abfit, per nos uel successores nostros attentatum siue presumpsum fuerit, nullam iuris uel de iure efficaciam forciatur. Verum quoniam ea, que de nouo emergunt, auxilio indigent, Recognoscimus quod propter diuersas iniurias et pericula, que dictum collegium a fratribus olrico et alberto comitibus de Regenstein frequenter sustinuit, de nostro et prudentum consilio, ut a collo suo iugum excuteret perpetue seruitutis, sepedictam aduocatiā, quam quasi uolenter possederunt, pro quingentis marcis albi argenti a predictis comitibus redemerunt, Anno gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXIII<sup>o</sup>., mense aprili. Quam aduocatiā prenominati comites in nostris manibus resignantes omni iuri, quod in ea se habere credebant, cum omnibus bonis, ad ipsum monasterium pertinentibus, tam liberis quam infeodatis indebite, renunciarunt. Huius facti nostri testes sumus volradus episcopus, Ludolfus, quondam halberstadenfis episcopus, hermannus, prepositus, wiggerus, decanus, albertus, custos, Bertoldus de clettenberch, cristianus, scolasticus, hermannus hodo, Ludegerus struz, Gunterus, vicedominus, Ludolfus de dalem, Anno de heymburch, hinricus de caldiz, heydenricus de schartfelt, Geuehardus, cellerarius, Thidericus de hessenem, hermannus de kerberch, hinricus, portenarius, Rodolfus de gaterfleue, Thidericus de anuorde, Reynardus de cranicfelt, Heydenricus de querenuorde, halberstadenfis ecclesie kanonici. Ne igitur in posterum super hiis alieui dubium generetur, presentem paginam sigillis nostris, episcopi uidelicet et capituli, iussimus communiri, sub interminacione districti anathematis inhihentes, ne aliquis huic honeste ac racionabili liberalitati, per nos facte, presumat ausu temerario contraire. Actum et datum halberstad, Anno gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXIII<sup>o</sup>. In uigilia ascensionis domini. Pontificatus nostri volradi episcopi anno X . . . \*).

Cap. I, fol. 9.

\*) Diese Zahl ist durch die Ueberschrift der nachfolgenden Urkunde in dem Copialbuche unleserlich gemacht; nur der Anfangsstrich eines X ist noch erkennbar.

### XXXVII. Pappst Innocenz V. bestätigt das Kloster Hilsersleben, am 15. Mai 1276.

Innocencius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis abbati et conuentui monasterii de hildesleue, ordinis sancti benedicti, halberstadenfis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducat effectum. Exhibita siquidem nobis uestra petitio continebat, quod nobiles uiri olricus et albertus fratres, comites de regenstein, aduocatiā uille de hildesleue, halberstadenfis dyocesis, ad ipsos communiter pertinentem,



vobis et monasterio vestro pro suarum animarum remedio liberalitate prouida concesserunt, prout in litteris inde confectis plenius dicitur contineri; Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc provide factum est, ratum et gratum habentes illud auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani, Idus Maii, pontificatus nostri Anno primo.

Cop. I, fol. 2.

XXXVIII. Graf Ulrich von Regenstein überläßt zu seinem Seelenheil dem Kloster Hillaersleben eine Hoffstatt und einige Breiten zu Wederingen, im Jahre 1283.

In nomine domini Amen. Olricus, dei gracia comes de Reghensten, omnibus in perpetuum. Que gerunter in tempore de facili euanescent cum tempore, et de gestis hominum eciam laudabilibus de facili dura emergit calumpnia, nisi obliuio rerum per scripti memoriam auferatur. Notum igitur sit omnibus presens scriptum inspecturis, quod nos olricus, comes de regensten, proprietatem vnius aree site in uilla wederigen et VI iugera adiacentia eedem aree, que vulgiter dicitur brede landes, pro remedio animarum nostrarum contulimus ecclesie in hildesleue cum omni iure, quod ad nos pertinebat, quiete ac pacifice possidendam. Huius rei testes sunt iohannes scade et conradus de ammenfleue, milites, et hinricus, monachus, haddorp et tithmarus, plebanus sancti petri in suanebeck, et hinricus de derneburgh, notarius, comitis olrici et geuehardus venator et matyas de ammenfleue. Vt autem hec donacio rata et inconuulsa in posterum permaneat, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri munimine iussimus communiri. Datum suanebek, temporibus domini abbatis arnoldi, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>.

Cop. I, fol. 21. umb 24.

XXXIX. Der Archidiaconus des Bannes Wanzleben vergleicht Streitigkeiten zwischen dem Kloster Hillaersleben und dem Dorfe Wederingen, am 15. August 1302.

Nos Ropertus de mannefelt, camerarius curie magdeburgensis ac archidiaconus banni Wantfleue, Omnibus presens scriptum intuentibus salutem in domino. Quoniam nostra interest, veluti cuiuslibet habentis iurisdictionem ecclesiasticam nulli equum iudicium denegare, prout dinoscun-



tur caufe ad nos deducte ad nostri examen iudicii pertinere; Igitur recognoscimus ac in hys scriptis publice protestamur, Quod inter dominos cenobii in Hildefleue, ordinis sancti Benedicti, Halberftadenfis dyocesis, parte ex vna, et villanos de Wederige nostri banni, parte ex altera, fuit briga ac contentio super quadam aqua, quam sibi dicti villani vsurparunt contra privilegium ecclesie antedictae. Quare dictis dominis nos hortantibus, suadente iusticia ac seruato iuris ordine, processimus contra predictos villanos vsque ad sententiam interdicti, prohibitionem sacramentorum ac ecclesiasticae sepulture. Tandem sepe dictis uillanis redire ad gremium sancte matris ecclesie desiderantibus concepta fuit forma compositionis inter predictos litigantes, quod deberent eligere III<sup>or</sup>. arbitros parte ex utraque, qui talem zizaniam suo arbitrio extirparent. Quapropter elegerunt prefati domini loco arbitratorum dominum alexandrum abbatem in ammenfleue, et dominum wilhelmum de berghe, cenobitam ecclesie sancti Johannis, extra muros magdeburgenses: uillani uero elegerunt dominum kerstianum, prepositum sanctimonialium in veteri haldefleue, et dominum morekinum, plebanum in hemericstorp, promittentes nichilominus, domini de hildefleue ad manum nostram sub pena ecclesie, uillani uero similiter de widerige promiserunt ad manum nostram sub pena XXX marc., se arbitrium ac ordinationem in hac parte dictorum arbitratorum seruaturos. Idcirco tales arbitri die ac loco eis oportuno conuenientes, habita diligenti deliberacione ac prefacione super predicta causa, sic pronuntiauerunt, quod sepe dicti uillani, si quid iuris habere uiderentur in aqua, super qua controuersia uertebatur, tali iuri deberent omnino renuntiare et dare ecclesie sancti laurencii in hildefleue; domini uero de hildefleue deberent cessare ab omni accione in hac parte, nec amplius inter partes predictas super predictis lis deberet susitari. Quo facto partes paruenerunt arbitrio antedicto. In huius rei euidentiam sigillo nostro ac venerabilis domini alexandri, abbatis in ammenfleue, nec non domini cristiani, prepositi sanctimonialium in antiquo haldefleue, presentes fecimus roborari. Testes huius sunt: Dominus Geuehardus de lindowe, Dominus Geuehardus de querenvorde, canonici magdeburgenses, Rudigerus, plebanus in magno wellen; Layci uero hinricus de eykenbardeleue, Gograuius in hundeburch, hinricus de emerfleue, hinricus harfemulner, ciues in haldefleue, et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. II<sup>o</sup>. In assumptione beate virginis.

Cop. I, fol. 18.

XL. Abt Johann und der Convent zu Hillersleben protestiren gegen die Rechtmäßigkeit des Besizes eines gewissen Gerbert an einer Hufe der Kirche zu Wederingen (1302?).

Johannes, dei gracia abbas, B. totiusque conuentus monasterii in Hildefleue, vniuersis presentes litteras auditoris siue uisuris deuotas in Cristo oraciones. Cum quod omnes tangit, ab omnibus debeat uel approbari uel reprobari, dicimus asserendo et presentibus protestando, nullum nos consensum siue consentaneam uoluntatem apposuisse ordinationi siue compositioni, quam bone memorie dominus bertoldus, abbas, de manso quodam, ad ecclesiam in wederig spectante, et gerbertum (sic) eundem mansum indebite et contra iusticiam detinente, dicitur ordinasse,



molestie ferentes nichilominus contradicentes quicquid de ipso temere et contra justiciam fuerit usurpatum.

Cop. I, fol. 23.

**XLI. Die von Dreinleben entsagen Ansprüche an das Kloster Hillersleben,  
am 18. November 1304.**

In nomine domini amen. Ad futuram geste rei memoriam Nos hinricus et bor.; milites, et conradus, fratres dicti de dreinleue in hys scriptis recognoscendo publice protestamur, Quod inter patrem nostrum, dominum wilhelmum bone memorie, et nos et ecclesiam in hildefleue pro quadam lignorum diuisione, que vvlgariter dicitur marchschedinge, in campo herberdesfleue dubietas et discordia iam longo tempore sit orta, sed nunc nos a senibus edocti atque a consanguineis ac fautoribus nostris instructi, quod uiolenciam ac iniuriam iam dicte fecerimus ecclesie, Ideoque ob karitatis diuine amorem et domini Johannis abbatis totiusque sui conuentus petitionem pro hac diuisione uel marschedinge ecclesiam in hildefleue amplius nullo modo facto uel opere uolumus inquietare et ut ista permaneant firma et inconuulsa nostrorum munimine sigillorum ac nostrorum amicorum scilicet conradi nobilis de meyersem, et domini ludolfi de esbek e, domini bor. de berewinkele, brunonis de eylefleue hanc presentem paginam in huius rei testimonium duximus roborandam. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>. In octaua beati martini episcopi.

Cop. I, fol. 21.

**XLII. Abt Johann von Hillersleben verkauft Gebungen zum Leibgedinge eines seiner Mönche,  
die nach dessen Tode dem Convent wieder zufallen sollen, am 14. April 1309.**

Johannes, dei gracia abbas in hildefleue, omnibus cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit in uero salutari salutem. Ne cum tempore transeant, que fiunt in tempore, scriptis solent et testium subscripcionibus roborari. Nouerint igitur vniuersi presentis temporis et futuri, quod ego Johannes, dei gracia Abbas in hildefleue, cum assensu totius capituli, Wendidi lucie de soltwedele pro decem marcis dimidium chorum tritici in villa meyscendorp, qui circa festum martini dabitur, et in villa nostra hildefleue quinque solidos de duabus areis, qui in communibus persoluentur: hec predicta dabuntur filio ipsius vidue, hinrico, confratri nostro, temporibus vite sue. Insuper post obitum eiusdem hinrici hec omnia transibunt ad karitatem do-



minorum nostrorum, ita tamen, ut anniversarius eiusdem annis singulis solempniter peragatur, ne igitur in posterum oriatur dubitatio de hoc facto, ipsum conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimento roborari. Testes huius facti sunt: Tydericus, prior, Fredericus, Johannes solt-wedele, hinricus thuritz, johan, dictus wedes, bartolt, Gheuehardus et alii quam plures fide digni. Actum et datum hildeffleue, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. IX, in die sanctorum tiburey et valeriani.

Cop. II, fol. 19.

**XLIII. Die Priesterbrüderschaft in Braunschweig schließt eine Einigung mit dem Convent des Klosters Hillersleben, am 28. October 1313.**

Johannes, custos, ceterique confratres sacerdotalis confraternitatis in brunefwick omnibus, ad quos presens scriptum peruenit, Salutem et sempiternam in domino karitatem. Quoniam oratio et singula pietatis opera in sui participacione non imminuuntur, sed fructus eorum et effectus integer in singulis inuenitur, Ideoque merito redarguitur pietatis defectus, si in illis rebus communicandis aliqua feruetur parcitas, in quarum distribucione non uiolatur integritas. Hinc est, quod volumus esse notum, quod quedam unio inter nos et dominum abbatem ac conuentum monasterii in hildeffleue est taliter ordinata, quod ipsi et eorum successores nostri confratres sunt, et participes debent esse omnium et singulorum bonorum operum, tam in vita, quam in morte, que in confraternitate nostra nunc et in perpetuum operari dignabitur clemencia saluatoris. Et econuerso nos et nostri successores ex nunc et in perpetuum confratres et sorores sumus iporum et participes debemus esse omnium et singulorum bonorum operum, in vita pariter et in morte, que in congregacione eorum fiunt et fient in perpetuum ad laudem Domini nostri Jhesu Cristi. In quorum omnium euidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>, Quinto kalendas Nouembris.

Cop. II, fol. 22.

**XLIV. Der Vicar des Bischofes von Halberstadt ertheilt für die Kapelle zu Dornstädt einen Ablass, am 7. November 1313.**

Vniuersis cristifidelibus ad quos presentes litere peruenerint, ego Frater Hermannus, dei gracia bolonnionensis ecclesie episcopus, gerens vices venerabilis in cristo patris ac domini, domini Alberti, halberstadenensis ecclesie episcopi, Salutem in Domino salutari. Pro-

Hauptst. I. B. XXII.



fectores christianae fidei quoslibet ad zelum deuotionis et ad opera cupientes alicere pietatis, Cupientes Igitur ut Capella gloriose uirginis marie et sancte crucis in Dornstede, in qua vnum altare consecrauimus, a cristi fidelibus diligentius decetero veneretur; Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam Capellam per Quadraginta dies primo deinde per menses primo anno continue subsequentes et in anniuersario dedicationis in perpetuum causa deuotionis accesserint, et ibidem diuinis officiis interfuerint, Nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, meritis, auctoritate domini nostri predicti ac nostra confisi, vnum annum indulgentiarum cum carena de Capella, et octoginta dierum indulgentias cum carena de altari, de iniunctis sibi penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Hiis quoque, qui in festiuitatibus gloriose uirginis marie causa oracionis seu peregrinacionis ad predictam Capellam accesserint, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, meritis confisi, Quadraginta dierum indulgentias similiter indulgemus, dedicationem uero Capelle et Altaris ad Octauam pasche tranferimus et ratificamus presenti testimonio litterarum. Date anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>, feria quarta proxima ante festum beati martini episcopi.

Cap. II, fol. 29.

XLV. Abt Johann befundet, wie der Mönch Heinrich von Drakenstedt seine Ersparnisse zum Besten des Klosters Hiltersleben angelegt habe, am 15. Juli 1314.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Johannes, dei gracia Abbas in hildeffleue, Tydericus, prior, Totusque conuentus ibidem vniuersis presencium auditoribus salutem in perpetuum. Ea, que geruntur in tempore, nisi per litterarum testimonia durabilitatis perpetue beneficiis fulciantur, non est mirum, si cum lapsu temporis lapsum et ipsa pariter paciantur. Nouerint igitur tam presentes quam secuturi, quod Hinricus, dictus de drakenstede, cenobita nostre congregacionis, collecta quadam summula pecunie de sua prebendula, fecit, ut iure debuit, et eam in vsus nostri cenobii expendit, dimidium fertonem stendalgensem moneta in area quadam, in maiori Radenfleue sita, ad nostrum Monasterium iure proprietario pertinente, duosque pullos annuatim persolvente, a villano eiusdem ville, nomine Borgardo, paupertate grauato, qui eam iure censuali a nostra ecclesia possederat, pro marca et dimidio fertone comparauit. Quicumque uero predictae aree possessor fuerit, domino Abbati duos pullos et magistro infirmorum dimidium fertonem in festo minorum annis singulis perpetualiter persoluere non tardabit, Prenominatamque pecuniam nostris karitatibus assignauit. Ex hoc testamentum suum statuit in hunc modum, Videlicet ut, ipso viam vniuersae carnis ingresso, anniuersarius ipsius in vigiliis mediocribus et missa pro defunctis cum compulsacionibus annis singulis peragatur. Temporibus autem vite sue memoriam patris sui ac matris sequenti die Egidii confessoris vigiliis ac missa pro defunctis cum compulsacionibus celebrabimus annuatim. Preterea prefatus hinricus contulit nobis vnum talentum in subsidium reparacionis edificiorum nostrorum dirutorum, videlicet stupe ac camere maioris dormitorio adherentis, ut alleluia protège pastor In translatione sancti benedicti et antiphona O gloriosa nobilis In festiuitate sancte



Scolastice virginis in primis vesperis perpetuis temporibus sollempniter decantentur. Nos vero huic caritatis operi congaudentes ac respondere cupientes ex communi consensu annuimus, ut prenarrata inuisa ac inuolabilia perpetue obseruentur. In huius rei robur ualidum et euidentis testimonium paginam presentem scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Quicumque huic statuto laudabili ad retractandum seu irritandum sese maliciose oppofuerint, eternam damnacionem se nouerint incurfuros. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo tricentesimo quartodecimo, idus Julii, Nobis Johanne abbate annuentibus et singulis nostris fratribus consencientibus, Tyderico, priore, Conrado, hospitalario, Hinrico, custode cum reliquis omnibus feliciter. Amen.

Cop. II, fol. 17.

**XLVI. Ablassbrief eines Bischofes Ludwig für das Kloster Hillaersleben, vom 2. Mai 1316.**

Frater Iodewicus, dei gracia marromensis Ecclesie Episcopus, vniuersis cristifidelibus, ad quos prefens scriptum, Salutem in omnium saluatore. Diuinum cultum ampliari cupientes Omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad monasterium beati laurencii martyris in hildeffleue, halberstadenfis diocesis, quocunque die causa deuocionis et oracionis accefferint, ibique cimiterium seu ambitum claustri ibidem pro fidelibus defunctis suppliciter exorando circumiuerint, aut presbitero corpus cristi ad infirmos deportanti deuotam fecerint comitiuam, siue alias quocunque modo dicto monasterio manus suas porrexerint adiutrices, Nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum petri et pauli, Apostolorum eius, meritis et auctoritate confisi, quadraginta dies indulgencie de iniunctis sibi penentiis, consensu dyocelani, cuius nunc vices gerimus, Super hoc habito, misericorditer in domino relaxamus, ad cuius euidentiam firmiorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno dominice incarnationis M°. CCC°. XVI°. VI°. Non. May.

Cop. II, fol. 30.

**XLVII. Ablassbrief eines Bischofes Dithmar für die Kapelle zu Dornstädt, vom Jahre 1320.**

Item dedit quidam Episcopus Gabilonenfis nomine Dithmarus ad Capellam in Dornstede Quadraginta dies. Anno Domini M°. CCC°. XX°.

Cop. II, fol. 30.



XLVIII. Ablassbrief des Bischofes Heinrich von Kiew für das Kloster Hillersleben,  
vom Jahre 1321.

Frater henricus, ordinis fratrum predicatorum, dei gracia episcopus ecclesie kioviensis, omnibus cristifidelibus presencia visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Loca sanctorum omnium pia et prompta deuocione a cristifidelibus sunt honoranda, ut, dum dei horam uideamus, amicos ipsi nos deo amabiles reddant, et ipsorum nobis quodammodo patrocinium, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus optinere. Nos igitur, ut per hoc fideles cristi quasi quibusdam premiis poterimus ad merita invitare, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesiam sancti laurencii in hildefleue in festiuitatibus precipuis, natiuitatis, resurrectionis, ascensionis, pentecostes, in omnibus festiuitatibus marie uirginis, in festiuitatibus apostolorum et omnium sanctorum, in festo patronorum et dedicationis deuote accesserint, qui corpus cristi secuti fuerint, et circuitum circa cimiterium fecerint dicendo pro fidelibus defunctis oraciones salutares et manus porrexerint ad fabricam eiusdem ecclesie adiutrices, Quadraginta dies indulgencie et vnam karenam de omnipotentis dei misericordia et voluntate dyocesani in domino misericorditer relaxamus. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXI<sup>o</sup>. Volumus eciam, ut quando verbum dei populo pronunciat, eadem indulgencia intimetur.

Cop. II, fol. 30.

XLIX. Graf Ulrich von Regenstein giebt dem Kloster Hillersleben zwei Höfe in Wederingen  
frei, im Jahre 1321.

Nos Olricus, dei gracia comes de regenstein, recognoscimus et presentibus publice protestamur, nos libertatem de duabus areis in villa wederige sitis ac doti in eadem villa in medietate adiacentibus cenobio in hildefleue ob amorem beati virginis genetricis et beatissimi martyris laurencii, eiusdem ecclesie patroni, pro remedio anime nostre omnium heredum nostrorum vnanimi ad hoc accedente consensu contulisse cum omni vtilitate perpetue possidendam: et ut hec nostra donacio rata et inconuulsa semper permaneant, presentem paginam inde conscriptam figilli impressione iussimus communiri. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXI<sup>o</sup>.

Cop. I, app. fol. 24.



L. Abt Hermann trifft eine Einrichtung wegen des Gottesdienstes im Kloster Hilderleben,  
(ohne Jahreszahl, wahrscheinlich um 1322 ausgestellt).

Nos hermannus, dei gracia abbas in hildesleue, ad vniuersorum tam presencium quam posterorum notitiam cupimus peruenire, quod ad laudem et reuerenciam beate et gloriose semperque virginis marie secundum morem hugisburgenfium constituimus in hoc loco, ut ad singulas horas, tam diurnas quam nocturnas, immediate post oracionem dominicam, aue maria, sacerdote, qui est ebdomadarius, primam partem inchoante, et conuentu partem alteram respondente, ante reliquas preces cottidie compleatur. Si quidem ut in hac nostra constitucione noua et in hoc loco penitus insolita, omnium confratrum nostrorum animum nostro consensui flecteremus, ortum quendam in hac uilla situm ad eorum infirmariam contulimus, ipsius orti censum in vsu omnium fratrum per infirmarii procuracionem, quemadmodum cunctis placuerit, conuertendum. Si igitur, quod absit, ullus hominum huic constitucioni pariter et donacioni rite acte et literis, Sigillo nostro signatis, ad stabilitatis perpetue firmamentum rationabiliter perducta, temere presumpserit contraire, omnipotentis dei indignacionem nec non benedictę matris eius et virginis marie se nouerit incursum.

Cop. I, fol. 20.

LI. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt die Stiftung des Priors Heinrich von Gardelegen  
im Kloster zu Hilderleben, am 28. März 1324.

Albertus, Dei gracia halberstadensis ecclesie episcopus, vniuersis cristifidelibus presentes visuris Salutem in domino sempiternam. Digne exaudicionis aures eis aperimus, qui a nobis postulant, que rationis tramite fulciuntur. Dum igitur dilectus filius henricus de Gardeleghe, prior monasterii hildesleue, sana mente motus medium mansum in campis Wederinghe et quoddam areas in villa hildesleue sibi contiguas a viro venerabili domino Conrado, eiusdem monasterii abbate, ex omnium fratrum ibidem consensu precio comparavit donauitque capelle sancti Michaelis intra septa eiusdem monasterii site, ut frater conuentus ibidem, quem prior, pro tempore existens, ad peragendum ter missarum solempnias pro viuis et defunctis fidelibus et animabus dicti henrici, nunc prioris, suorumque progenitorum instituit seruatore, fructus eiusdem mansi et earundem tollat arearum, stopamque vini per singulas quartas quarter in anno pro sacrorum celebracione loci tesaurario amministret duosque cereos, libram unam cere continentis, vnum in pascha et reliquum in festo beati michaelis in altari capelle collocet supradicte; Nos huius donacionem prout rite facta est ratificamus, approbamus et ordinarie nostre auctoritatis presidio in nomine Domini confirmamus nostrum sigillum una cum predictorum abbatis et conuentus sigillis presentibus appendentes. Acta et data Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXIII<sup>o</sup>. Quinto kalend. aprilis.

Cop. II, fol. 13.



LII. Abt Conrad von Hillersleben überweist seinem Convente einige Einkünfte,  
am 20. August 1325.

Ad habendam rerum temporalium rite ac rationabiliter gestarum memoriam propter oblivionem, que faciliter ducit in errorem, Opus est eas literarum testimonio fideliter roborari. Ea propter Nos Conradus, dei Gracia abbas monasterii hildeffleue, sex solidos reddituum nostro Conuentui, cum omnium fratrum nostrorum consensu vnanimi et voluntate, assignauimus et assignamus pro tribus marcis et dimidia marca, Quas soluere tenemur ex parte predecessoris nostri, ut dicitur, Domino Gherardo, plebano sancti Mauricii in halberstadt, superaddita nobis dimidia marca. Quam pecuniam idem Dominus Gherardus Conuentui nostro pro remedio anime sue contulit, ut anniuersarius Domini Gherardi predicti in conuentu post mortem ipsius peragatur annuatim. Pro qua pecunia redditus sex solidorum, donec liberare possumus seu liberari possint, in hac villa Hildeffleue nostro conuentui obligamur, quibus redemptis pro quantitate pecunie memorate videlicet quatuor marcarum ad manus abbatis deuenient, sicut prius. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXV<sup>o</sup>, XIII<sup>o</sup>. kal. Septembris. Testes huius sunt hinricus de suedhen, ludolfus de eylffleue, hospitalarius, hinricus de drakenstede, albertus, cultos, Fredericus de helmstede Et alii quam plures fide digni confratres nostri.

Cap. II, fol. 19.

LIII. Die Grafen Albert und Bernhard von Regenstein vereignen dem Kloster Hillersleben  
Besitzungen, im Jahre 1326.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis albertus et bernardus, dei gracia comites de regensten, omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore de facili euanescunt cum tempore et de gestis hominum eciam laudabilibus de facili dura emergit calumpnia, nisi obliuio rerum per scripti memoriam auferatur. Notum sit igitur omnibus, presens scriptum inspecturis, quod quidam famulus, nomine iohannes pape, quedam bona, in campo wedrige sita, videlicet dimidium mansum cum quartale vnus mansi, quod vlgariter dicitur drierdel landes, de manibus nostris in feodo tenuit predictaque bona vendidit quibusdam burgenfibus in haldeffleue, nicolao et ludolfo, dictis de drakenstede, nec non hinrico fratri eorum, monacho in hildeffleue, et nobis nomine suo, et uxoris sue, omniumque heredum suorum libere resignauit, humiliter supplicans, quatenus ius proprietatis, quod in eisdem bonis iure hereditario habere dinoscimur, ob salutem animarum nostrarum omniumque parentum nostrorum monasterio sancti laurencii martyris in hildeffleue, nec non capellule gloriose virginis marie in eodem monasterio conferremus, ut prouisor monasterii fructus prenotatorum bonorum vni ex confratribus suis committat percipiendos, qui tercia die in ebdomada missas in prescripta capella celebret, binas de domina nostra scilicet salue sancta parens, secunda rorate celi, terciam pro defunctis, pro salute parentum burgenfium predictorum. Nos



uero, concensum prefati famuli precibus adhibentes, omne ius proprietatis, quod in prescriptis bonis habuimus, nos et fratres nostri et sorores, qui perfecte etatis non sunt, et sigillo carent, prememorato monasterio hildesleue contulimus in perpetuum possidendum. Vt igitur hec empicio et nostra donacio firma permaneant, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Testes huius empicionis sunt hinricus de doce, nicolaus et ludolfus fratres, dicti de drakenfede, tidericus de doce et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVI<sup>o</sup>.

Cop. I, app. fol. 23.

LIV. Die von Gilsleben überlassen dem Kloster Hilsersleben das Patronat über ihre Kirche, am 11. November 1331.

Omnium habere memoriam diuinitatis potius quam humanitatis esse comprobatur. Ne igitur ea, que perpetuis duratura sunt temporibus, a labili hominum memoria propter temporum successione facilliter euanescent, necesse est et valde, ut literarum testimoniis perhennentur. Nesciant proinde tam presentes, quam futuri, quod nos bruno, iohannes, Gheuehardus, fratres, ac iohannes, nofter patruus, famuli dicti de eylsleue, cum vnanimi consensu et voluntate omnium nostrorum nostrumque heredum, videlicet Brunonis, ludolfi, iohannis filiorum, luckardis, Elizabet et Ghertrudis, filiarum Brunonis de eylsleue pretacti, pure et simpliciter propter deum et remedium animarum nostrarum nostrorumque parentum, parrochiam nostram in villa eylsleue sitam, cuius proprietatis ius et patronatus ac collacio ad nos iure hereditario pertinet, deo omnipotenti, beato laurencio martiri inclito, nec non honorabili viro domino Abbati et capitulo in hildesleue cum omnibus redditibus ad ipsam spectantibus et omni iure proprietatis, quo nostri progenitores et nos eandem parrochiam pacifice et quiete hucusque possedimus, offerimus et contulimus perpetuis temporibus possidendam, Cupientes liquidem locum et congregacionem religiosorum in hildesleue, quam quadam speciali prerogatiua dilectionis preextollimus, huic dono gratuito insignire. Confidimus enim sperantes per sanctorum patrocinia et religiosorum precamina, pro nobis deo fasa, mederi nostrarum languoribus animarum. Quoniam ergo ea, que cum deliberacione facta sunt, non debent facilliter immutari, Et ut hec nostra donacio immutabilis perseueret, firma et stabilis, presentem paginam seu litteram domino abbati et capitulo in hildesleue in signum firmitatis et robur certitudinis cum nostrorum appensione sigillorum dedimus communitam. Actum kaleuorden et data anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXI<sup>o</sup>., in die beati martini confessoris cristi.

Cop. II, fol. 20.



LIV. Bischof Albert von Halberstadt bestätigt dem Kloster Hillersleben die Kirche zu Gilsleben, am 28. Mai 1334.

Albertus, dei gracia halberstadenſis eccleſie epiſcopus, vniuerſis preſencia viſuris ſeu auditoris ſalutem in omnium ſaluatore. Ne ea que perpetue firmitatis robur fortiri debent, ignorantie pretextu calumpniam aut ſubuerſionem paciantur, expedit ut ſcripturarum autenticarum teſtimonio ad poſteriorum noticiam deducantur. Inde eſt quod per preſentes publice recognoſcimus proteſtantes, quod ob fauorem religionis et ſpeciale caritatem, qua monaſterium in hildeſleue, ordinis ſancti benedicti, amplectimur, honorabili viro abbati et conuentui euſdem monaſterii donamus eccleſiam parrochiale in villa weſtereyleue, cuius ius patronatus ad preſatum monaſterium in hildeſleue pertinet ex donacione brunonis, Johannis, Gheuehardi, fratrum, ac Johannis, patrii eorundem dictorum de eyſleue famulorum, et de ipſa taliter concedimus ordinandum, Quod quocumque et quocienſcunque dictam eccleſiam in weſtereyleue vacare contigerit, Abbas, qui pro tempore fuerit, vnum monachum de collegio predicti monaſterii aut alium clericum ydoneum archidiacono, ad cuius iurisdictionem preſata eccleſia pertinet, debet preſentare, archidiaconusque ipſi curam animarum conferet et ipſum per ſe uel per alium inſtituet ad eandem, Rectorque ſic inſtitutus nobis et Archidiacono de iuribus nobis debitis et abbati preſati monaſterii de prouentibus ipſius eccleſie reſpondebit. Si uero ex quacumque cauſa predictus abbas rectorem mutare uoluerit et aliam perſonam ydoneam archidiacono preſentauerit, quocumque et quocienſcunque hoc factum fuerit, Archidiaconus preſentatum inſtituet, ut eſt dictum, Ceteris iuribus nobis et Archidiacono ſemper ſaluis. Ut igitur hec noſtra donacio permaneat iugiter inconuulſa, preſens ſcriptum, inde conſectum, Sigilli noſtri appenſione fecimus roborari. Teſtes huius rei ſunt: Dithmarus, Abbas in ilfeneborch, Magiſter Themo, noſtre eccleſie canonicus, hinricus de eylekeſtorp, noſter capellanus, Erembertus, plebanus in berewinkel, Sacerdotes, et alii plurimi fide digni. Datum halberſtad, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>., Sabato poſt octauam pentecoſtes.

Cap. II, fol. 21.

LVI. Daß Kloſter Marienborn vertauſcht an daß Kloſter Hillersleben eine Huſe Landes, am 1. Mai 1364.

In nomine domini amen. Omnia, que geruntur in tempore, cum lapſu temporis euaneſcunt: neceſſe eſt vt litterarum teſtimoniis Roborantur. Ea propter nos Arnoldus, prepoſitus, mechtyldis, prioriſſa ac totum Capittulum Sanctimonialium ffontis ſancte marie Omnibus preſencia viſuris ſeu auditoris Notum facimus per preſentes, quod nos ad preces domini hinrici, Quondam noſtri ſcolaris, plebani in eyſleue, De communi conſilio vnum librum Manſum, Jacentem in campo Eyſleue, permutauimus, Cujus Jus proprietatis exſpectabat ad noſtrum monaſterium juſto



titulo, quem renunciamus omni jure venerabili viro domino heyzoni Abbati, johanni priori ac toto conuentui in hildeffleue, Tali sub forma, quod ipsi in restaurnm dederunt nostro monasterio vnum mansum censualem, Jacentem in marcha in Gerfleue, perpetue possidendum, Cuius proprietas expectabat ad ecclesiam suam predictam in Eysfleue, et ipsi similiter renunciantes mansum predictum omni jure. In cuius rei euidens testimonium prefens littera nostris appensis Sillis est roborata. Acta sunt hec Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXIII<sup>o</sup>. In die beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

Cop. II, fol. 18.

LVII. Die von Wederden einigen sich über Streitigkeiten ihrer Untersassen mit dem Kloster Hiltersleben, am 9. October 1364.

In nomine Domini amen. Alle dat schit in der tyt, Dat vorgeit myt deme lope der tyt; hyrvvme so is des not, Dat me dat myt tuchnisse der breue beware. Hyrvvme so bekenne wie Her fritze unde her gherert van wederden, Riddere vnde brodere, vnde betugen apenbarliken In vnseme breue, dat dar lange krygh is ghewest twischen den buren van hermesfleue vnde den buren van dem nienhoue vmme marckscheidinge, de twischen oren velden is. Des hebbe we myt deme achtboren heren, hern heyfen, deme Abbate to hildeffleue, togen van orer beyder weghene vp der marck Scheydinghe, des bewiset de Abbat myt eineme breue der van dreynleue, dar myt en vnde myt deme clostere ouer lange tyt is krig vmme west. Des spricket de Abbat vnde de bure van deme Nyenhoue, dat se worden en tweyn sat mit up werpen, de dar sin up deme rughe des Berghes, vnde scheten tegen de upworpe, de dar scheden de marke des closters to hildeffleue unde der bure to Brundorp: hyr vmme van an wilinghe vramer lude, de we hebben dar ouer ghehat, so hebbe wi den dicke genänten Abbate vnde buren des gegunt, dat sy dat hebben behalden myt oreme rechte, vnde dat se dar rechte hebben vnde anders nement, vnde scolen de upworpe vor nighen, hyr vmme en wille wy vnde de buren van hermesfleue an der marckscheydinghe nicht mer hynderen. Des to eyner betuchnisse vnde stede to holdene, des hebbe we myt vnfen angehangeden Ingezegelen vnde mit der achtboren heren vnde knechte hern ians van mose, des prouestes van olden haldeffleue, vnde Nicolaus van Bismarke, de houet man is vnfes heren van Magdeburgh, vnde hanfes van Aluenfleue vnde hanfes van eysfleue, Dussen breff beneftet vnde bewaret. Dat is gheschen Na gades bort Dufent iare, dre hondert iare vnde in deme vyr vnde festigsten iare, In deme daghe des hilgen heren sunte dionisius vnde liner kumpane der hilgen mertelere.

Cop. II, fol. 15.



LVIII. Schiedsrichter entscheiden Streitigkeiten des Kloster Hillersleben über Besitzungen zu Gropendorf, am 8. März 1366.

In godes namen amen. Alle dat geschyet in der tyt, dat vergeyt mit deme lope der tyd; hyr vmme so is des noet, dat me dat myt tugunde der breue beware. Dar vmme so bekenne wie Hennyngh van deme stenuorde vnde hans van alluenfleue vnde ladewich van wanzloue vnde hans van Eyfleue, don witlich vnde betugh alle den de dussen breff seen, horen eder lesen, Dat wie hebben ghewest ouer de dinge vor deme achtboren heren, Deme Abbate to hildeffleue, twischen Dyderyke van gropendorpe vnde twischen hanse kindere van winigstede vmme krygh, dene so lange hadden had vmme vere houe vnde dre houe, de legen in velde vnde In dorpe to gropendorp, den hebbe wie ghebroken myt vruntscap also, dat se dat god lyke scolen deilen ane wedderprake, vnde iflyk entfenth sine helfte van den vorgeantē Abbate vp den tyns, de dar vppe lyth myt also delkeme wilkore: were dat orer welk synen tyns nicht en geue to syner tyd oder in deme Jare; so scholde de Abbet dat gud an grypen, alle et eme were losgestoruen an allerleyge wederproke, to eyner guden bewarynghe vnde stede to haldene Duffe dedinghe, So hebbe wie vorgeante dussen breff myt vnfen anghehengeden Ingefegelen beuestet vnde bewaret, dyt is ghescheyn Na godes bort duzent iar dre hondert, In deme ses vnde seftigsten iar, In deme drudden sondaghe In der vasten vor der stad to haldefleue.

Cop. II, fol. 6.

LIX. Das Kloster Wollmirstedt vergleicht sich mit dem Kloster Hillersleben über den Besitz eines Hofes, am 21. September 1368.

Wi her luder, prowest, Johanna, ebdesschinne, Alheys, priorinne vnde de conuent gemeyne des klosters to wolmirstede Bekennen vnde betugen In duffeme opene breue vor alle den, de on seen vnde horen, dat wi endrechtlyken vnde met gudeme willen hebben ghegeuen vnde geuen deme godehufe to Hildeffleue den hoff, dar nun droysleke up syttende is, vor ores godehufes hoff, Dar her hermen, dy parner, upgheseten hadde, deme god genedich sy, met aller vryheyt vnde eygendum, de wy an deme haue gehath hebben wente an duffe stunde, vnde den vorbenomeden hoff hebbe wy eyndrechtlyken ghegeuen vnd geuen heren Nicolawese, de nu parner is to semteswegen vnde alle syne Nakomelinge ewichlyken to eyner wedeme. Dat wie vorbenomeden alle desse vorgesereuen dynck stede vnde gantz halden willen, des hebbe wi dessen breff besegelt myt vnfen anghehengeden Ingefegelen, de ghegeuen vnd ghesereuen is Na godes bort dryttynhondert iare in deme achtende vnde seftigsten iare, In funte matheus dage, des hilgen apostelen vnde euangeliste.

Cop. II, fol. 11.



LX. Das Dorfgericht zu Meseberge verschreibt von seinem Dorfe eine Reute,  
am 21. Juni 1369.

Ik Claus van Scartow, sculte to Meseberge, heydeke pauli vnde hans sco-  
nian, alderlude, Bekennen vnde betugen alle den, dy dussen bryff vor nemen, Dat wi myt wit-  
scaph vnde myt gantzer wulbort vnser gemeynen burfchap, iunek vnde alt, oek mit gheheyte vnd  
willen des erbaren, vnser dorphere ludeken lunenborch, redelken hebben vorkoft dorch vnser  
aller noet in al vnseme gude in dorpe vnde in velde to Meseberge dre ferdinge geldes Bran-  
denborgschen suluers vor seuen marck des suluen geldes Tylen by den sehernen vnd voren  
katerinen, finer huffrowen, vnde eren twier rechten eruen, Burgern to haldefleuen. Dit  
fulue gelt is in vnser gantzen Burfchap nut vnde fromen ghekamen. Dusse benomeden dre firdingh  
schulle we vnde willen alle iare up sunte gallen dach en geuen vnde betalen Nach oreme willen,  
an allerley vortucht vnde hindernisse, Mit dussene vnderfcheyde, wanne wy willen, so moghe wi  
alle iare Dusse vorbenomeden dre firdinge suluers van en wedder kopen vor dat benomede gelt  
seuen marck Brandenburgschen suluers an allerley weddersprake vp sunte mertens dagh. Oek so  
wif ik ergenante ludeke lunenborch van miner erbenomeden bureu wegen tu meseberge  
se mit Dussene breue in de were, der ik al ut wulstan wille vnd rechte were wesen, wurs on not  
is. Vortmer Bekenne we alle, were, dat se dusse gulde enen anderen scolden laten vor innichte  
were, den suluen nicht wedder to kopen, gichte welkerley wif dat et queme, Deme wil we alle  
stucke halden vnde bebreuen ut den suluen wedderkop lyk als en, an allerley hinder. Ok be-  
kenne wie worde one brock, so mogen sie in dorpe unde in velde ut panden ere gulde up sunte  
gallen dach, unde dar mede syk irualen myt rechte, is on des not, an jewelkem vnser boren, sun-  
der had vnde vordechnisse, vnde bederuen sy des, so scal vnse erbare vorbenomede dorphere lu-  
deke lunenborch en dar to behulpen sin ane weddersprake. Oek bekenne ik benomede lu-  
deke lunenborch, scolde ik myn dorp to Meseberge vorkopen gichte eynen anderen laten,  
we duffer drier firdingh denne besitter is, dene wil ik al utbededinghen unde behalden in al dussen  
benomeden stucken, sunder jennigher hande hindernisse. Op dat wi en dat stede halden, so rede  
ik dicke genante ludeke lunenborch mit der gantzen burfchap to meseberghe vnde sy met  
myk en truwen myt ener samden hant deme benomeden tylen by den sehernen, vorn ka-  
therinen, syner huffrowen, vnde oren twier rechten eruen, al disse irbescreuen stucke stede tu  
holden, sunder jennyger hande arghelift. Tu orkunde vnde beter wisheyt duffer dynck so hebbe  
wy dicke nomede burfchap to meseberge myt gantzer wulbort vnde myt willen vnser aller en  
dussen breff geuen, bezegelt myt vnseme kereckflotel, vnde ik ludeke lunenborch myt mynen  
angehangeden ingezegel. Dyt is gheschen na goddes bort dritteyn hondert iar, in deme negen  
vnde seltigesten iare, jne meynden dagh.

Cap. II, fol. 13.

Anmerkung. Diese Urkunde hat in dem Copialbuche folgende Ueberschrift: De memoria domini johannis de  
kyritze, canonici magdeburgensis ecclesie, et suorum parentum. Darnach steht zu vermuthen, daß Thilo am Scharren  
die gedachte Selbeinnahme diesem Domherrn ubersieff, letzterer aber sie dem Kloster Hiltersleben zu seinem und seiner Eltern  
Gedächtniß geschenkt hat.



LXI. Abt Heizo verkauft Gebungen zur Vereignung an den Johannisaltar in der Klosterkirche zu Hillersleben, am 15. Juni 1370.

In nomine domini amen. Omnia fiunt in tempore, euanescent cum lapsu temporis: ea necesse est ut literarum testimoniis roborantur. Hinc est, quot nos heizo, dei gracia Abbas, wedege, prior totusque conuentus sancti monasterii in hildesleue, omnibus presencia auditoris seu visuris cupimus esse fore notum, quot de communi consensu nostrorum fratrum vendidimus discreto viro hermanno, hunger dicto, prebendario in berghe, agros qui fulgariter dicuntur prope coldorpesbrede pro duodecim marcis Brandenburgensis argenti, Quas nobis integraliter persoluit, pro quibus bonis nostra bona, que per nostros antecessores fuerunt exposita, liberauimus. Quos agros predictus hermannus ad altare Sancti iohannis euangeliste assignauit ac dotauit, Et sic ordinauit, quot dominus prior huius predicti monasterii cum suis sacerdotibus sibi subiectis debent et possunt mutare agros predictos ad vsus suos uel per se colere uel vni committere fratribus, qui satisfaciat de agris predictis, pro quibus fructibus dominus prior cum suis sibi subiectis promiserunt et promittunt seruare duas missas singulis septimanis, vnā pro defunctis et reliquam de domina nostra, uel de sancto Johanne baptista, quot quiuis ebdomarius finita sua septimana in sequenti dictas missas persoluat, et si aliquis neglexerit, tunc dominus prior per censuram monasticam predictum ad satisfactionem coartabit, cum hoc predicto dedimus nostram plenam fraternitatem, et quod in vita et post obitum suum in continenti atrinimus feria quarta in festo dominorum vigiliam et in craftina missam peragendam. Et quod nos Heizo predictus cum fratribus nostris promissimus et promittimus deo et beate marie uirgini sanctoque laurencio ac sancto iohanni nec non hermanno predicto omnia preacta inuolabiliter obseruare, in cuius rei euidentis testimonium presens litera nostris appensis sigillis est roborata ac confirmata. Actum et datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. septuagesimo, in die beati viti gloriosi martiris ac sociorum eius.

Cap. II, fol. 12.

LXII. Die von Scharrow überlassen dem Kloster zu Hillersleben Gebungen daselbst, (um 1370).

Weten scolen alle, die dussen breff horen, seyen oder lesen, Dat ik werner van scharrow, knape, myt eyndrechtlyken rade, wulbort vnde willen myner brodere here Curdes, de is kanonicus to sunte petere vnde paule In der Nyenstad tho magdeburg, vnde heydeken, de dar Is knape, vnde jeh andere vnser frunth, hebben geuen vnde gheuen myt eynander In duffem breue Deme ernborghen heren, deme Abbate tho hildesleue vnde den Closterebroderen ghemeyne dorch god vnde dorch vnser eldern zele willen Eyne marck geldes alle jar upthommende tho sunte mertins daghe. Des uth Gheure synt de bure dar sulues tho hildesleue, dar wie mede beeruet synt van vnseren elderen unde synter mede weft belenet van vnserem heren



van Magdeburgh, des uns heft nu vnse Gnedighe here, Ertzbiscope peter, muntlyken myt gantzer fulbort wifet, deme Clostere to geuen ewychlyken ane allerleyge weddersprake vnserer vnde vnser rechten eruen, unde wiften se an de were myt duffeme jegenwardigen breue, An allerleyge arghe lyst. Tho eyner guden orkunde vnde tuchnisse duffer gyft stede tho haldene, so hebbe wi vorgnanten werner, her Curth vnde heydeke eyndrechtyken vnde myt rade vnser frunde duffen breff beuestet vnde bewaret myt vnfen anghehengeden Inghesegelen. Dat is gheschen na Godes borth . . . . .

Cop. II, fol. 5.

**LXIII. Peter, Erzbischof zu Magdeburg, tritt dem Kloster Hillersleben seine obrigkeitlichen Rechte über den Ort Hillersleben ab, am 16. Februar 1376.**

Wi Peter, van Goddes gnaden vnd des stoles tu rome Ertzebiscope des hilgen godeshufes tu magdeburgh, Bekennen oplyken myt duffem breue, wan wy angefeen hebben meynygerleye anfechtunghe, scaden, krygh vnde orloghe, dy dat kloster sunte laurencii to hildesleue, dat in vnfen lande to magdeborch gelegen is, lange tyt vnde wente here geleden vnde ghedragen hat, dar vmme hebbe wie myt rade, willen vnde fulbort vnfes capittels Ghemeyne to meydeburch deme suluen Closter Ghegeuen vnde geuen myt duffen breue alle vnse plicht, denft vnde ambehorynghe, de dat dorp vnde bure des dorpes tu hildesleue, dat vore deme suluen Closter lyt, vnde de vnfen bette an duffen hudigen dach ghedan hebben, Also dat fyk de bure des suluen dorpes forbat an dat Closter tu hildesleue holden schullen vnde vns vnde vnfen Nakomelinge Ertzebiscope vnde Godeshufe to magdeburgh, vnfen houetluden vnde amptluden, voyden, noch neynerleye vnfen deneren ewichliken van duffen hudigen dage keyne plicht, herberge vnde denft dun schullen vnde ok keynerleye pennynge, bette noch gaue geuen schullen, funder dat sulue dorp vnde de bure dar suluest Schullen forbat myt alle oren plichten vnde tobehorynge eukentlyken vnde ewichlyken sin vnde horen to deme ergenanten Clostere to hildesleue, Idoch vnshedeliken vnse vogedie, dy wy vnde vnse Goddeshufes to magdeburgh ouer dat ergenante Closter hebben, de wolden wy dar ouer beholden. Off wy vnde vnse nakomelinge Ertzebiscope vnde vnse capittel alle duffe vorbescreuene dynckg stede vnde gantz holden, so hebbe wie vnse Ingezegel an duffen breff ghehengen laten. Vnde wi harmannus, domprouest, vnde borgart, domdeken, vnde dat Capittel gemeyne Des ergenanten Godeshufes tho magdeburgh Bekennen vnde betugen in Duffen suluen breue, Dat vnse Erwirdige here vnde in god vader, her peter, Ertzebiscope, de vor bescreuene stueke Mit unfer aller Rade vnde fulbort gedan vnde ghegeuen hat, vnde willen ok dat stede vnde gantz holden. Myt orkunde desses breues vnfes capittels Ingezegel vorfegelt, Nach Gades bort dryttenhundert iar, in den ses vnde seuentigsten iare, Des sunauendes Nach sunte valentini dage, des hilgen mertelers.

Cop. II, fol. 16.



XLIV. Peter, Erzbischof zu Magdeburg, tritt dem Kloster Hillersleben einen Hof mit sechs Hufen zu Wautsleben ab, am 25. Januar 1378.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nos petrus, Dei et apostolice sedis gracia sancte magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Notum facimus vniuersis, quod nos ob reuerenciam dei et gloriosi martyris sancti laurencii vnam nostre ecclesie magdeburgensis curiam cum sex mansis infra opidum et campos wantfleue nostre diocesis sitos (sic!) venerabili abbati et religiosi viris, videlicet conuentui monasterii sancti laurencii ordinis sancti Benedicti in hillefleue diocesis halberstadenfis, misericordia et pietate moti, de expresso et libero assensu pariter et assensu tocius capituli nostre ecclesie predictae dedimus, contulimus, donauimus et appropriauimus, et presentibus damus, conferimus, donamus et appropriamus perpetuis temporibus pleno iure possidendos pro eo, quod predictum monasterium in hillefleue, olim a nostris predecessoribus incastellatum, multimodis dampnis vastacionibus sit oppressum, jta ut multis temporum processibus vix instaurari aut reformari poterit quouis modo, tum pro eo eciam, quod predictum monasterium, a nostris predecessoribus fundatum et largifluis donacionibus adornatum, cordis amaritudine cernimus opibus et victu exterminatum. In quorum omnium et singulorum euidentis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, et nos hermannus de werberge, prepositus, borchardus de brunne, decanus, totumque capitulum ecclesie magdeburgensis predictae recognoscimus publice per presentes, quod donacioni, collacioni et appropriacioni, nec non omnibus et singulis supra scriptis consensimus et per presentes consentimus. In cuius euidentiam Sigillum nostri capituli una cum sigillo reuerendissimi patris in Christo et domini nostri domini Petri, ecclesie Magdeburgensis Archiepiscopi memorati, presentibus est appensum. Datum et actum magdeburg, Anno natiuitatis domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXVIII<sup>o</sup>. Ipso die conuersionis sancti pauli apostoli gloriosi.

Cap. II, fol. 7.

LXV. Abt Johann von Hillersdorf verkauft Heubungen zur Bewidmung eines Altars in der Klosterkirche, den 7. Januar 1385.

Wie Jacob, van der gnade godes Abbet des Closters to hillefleue, dyderik, prior vnde de gantze conuent gemenlyken, Bekennen vnde betugen in dussen opene breue vor alle den, de one vornemen, Dat wie met eyndrechticheyt vnde met gantzen willen vnser capittels hebben vorkofft Den vorrichtigen luden heinen vincken vnde fricken sinen sonen, burgheren to haldiffleue, ander haluen wispel roggen jarlyker gulde. Dusse gulde hebben sy myt vnsem rade vnde myt vnsem willen gelecht to sunte katherinen altare in vnsem goddefhuse tho Hilleffleue. Denfuluen alter hebbe wi dorch orer bede willen ghelegen heren Andreas drakenftede vnsem Closterbrodere, vnde he, oder wenne wi dar mede belegen, oft he nicht en were, scal drie in der weken myssen dar to holden, Des mandages eyne selemiffen, Des donredages van deme li-



chame vnſes heren, Des ſonauendes van vnſer leuen vrouwen, vnde bidden flitlyken vor ſie vnde orer leſhoueden ſelen. Diſſes benomeden kornes ſcal ut geuen heinen, ſchulte to deme Nyenhoue, dreferndel vnde gereke, ſyn brodere, ok dryverndel edder wi des gudes beſitter weren, ofte ſie nicht en weren, alle jarlykes vppe ſunte Mertens Dach. Ok bekenne wi, were dat Jennich brock wurde In deme (al. an deme) gude to deme Nyenhoue; Sô ſcolde wi vnt wolden dem dicke benomoden heren andreas drakenſtede oder ſine nakomelinge geuen vnde betalen anderhaluen wiſpel rogen van vſem houe tho hildeſfleue an allerleye wedderſprake vnd hinderniſſe. Ok ſo ſcal here andreas oder ſine nakomelinge van den ſulven anderhaluen wiſpel rogen vnſen heren to cloſterdenſt don alle jarlikes myt eynem haluen vyrdinge. Ok were, dat here andreas aueghinghe, ſo ſcolde wie vnt wolden den alter lygen vor wene de vorſproken heyn vincken vnde fricke, ſine ſone, oder oren rechten eruen vorbeden ſunder wedderſprake vnde boſe meynynghe. Des to orkunde hebbe wy one geuen duſſen breff, beſegelt myt vnſem vnde vnſes capittels angehangeden jngezegellen na godes bort drytteynhundert jar, jn deme veften vnde achtentigſten jare des vrydages na twelften.

Cop. II, fol. 7 et interum fol. 22.

LXVI. Die Gebrüder Lüneburg überlaſſen dem Kloſter Hilerſleben ein Waldrevier,  
am 4. Dezember 1385.

Wie hinryk vnde buſſe, broder, gheheytē de lūneburch, Bekennen oplyken myt duſſem jegenwardigen vnſem briue vor alle den, de one ſeen edder horen lezen, Dat wie lutterlyken dorch vnſen heren god ghegeuen hebben vnde geuen myt duſſem brieue vtwiſinghe deme cloſtere to hildeſfleue eyn holt bleck, dat het heydeken vridages holt, vnde is belegen in deme holte, dat des Cloſters to hildeſfleue is, vnde dat ſalue holt bleck hebbe wi van deme goddeſhufe to hildeſfleue, vnde geuent ome wedder dorch god; davoꝛe ſchullen ſy vnſer olderen ſelen vnd alle der, die in vnſem flechte vorgan ſynt vnde noch vorgan mogen, began alle jare myt vigilien vnde myt ſelemiſſen gelik oren bruderen, vnde truvelyken vor ſi bidden ewichlyken, vnde wie ergenānten noch vnſe eruen ſchullen noch willen keyne anſprake dar an mer hebben jennigerleye wiſe, ſundern duſſe giſt ſtede vnde vaſte holden ane allerleyge argeliſt. Des tho orkunde hebbe wie vnſe jngezegelen ghehenget wityken vnde myt guden willen an duſſen breff, ghegeuen nach gades ghebot drytteynhundert jare vnde in deme viſ vnde achtigſten jare jn ſunte barbaren dage der hilgen juncfrouen.

Cop. II, fol. 11.



LXVII. Rehnbrief des Klosters Hilderleben über Gebungen in Klein Welleu,  
vom 14. April 1387.

Wy Jacob abbeth, tiderich, prior vnd de gantze conuent des closters to hildefleue Bekennen apenbar in dessen breue, dat wy hebben ghelegen vnd legen ffredderich kempen, borgher to meydeborch, vnd sinen rechten eruen twe houe landes upp den velde to lutken welle vry mith pacht vnde mith tinsse vnd wath dar to behoreth an houen, edder war mede dat sy, to donde dar mede, wath sy willen, vnde tralcken, des suluen ffrederikes dochter, clostervrouwen to sunte laurentii to meydeborch, lie wy dey to oren lieue. Des to orkunde hebbe wy en ghegeuen dessen breff, befelegt myt vnser jnghefegel, na ghades ghebort XIII hundert iar, dar na in dem seuen vnd achtigsten jare, achte daghe to paschen.

Cap. II, fol. 45.

LXVIII. Die Lunenburg bewidmen die Pfarre zu Meseberg und stiften Messen zu ihrem  
Gedächtniß, am 29. September 1390.

Ik ludeke lunenborch, hinrick, ludeke vnde buffe, myne sone, alle lunenborghe, wy Bekennen vnde betugen opliken myt duffem iegenwardighen vnser openen briue vor alle den, dy one feyn edder horen lesen, vnde seggen, dat wie lutterliken dorch vnser heren god ghegeuen hebben vnde geuen van vns vnde van alle vnser eruen wegen, de nu sint vnde noch to komen mogen, anderhalue houe ackers vp deme velde to meseberghe mid aller nud vnde vryheit, also wie se hebben ghehath vnde brukende west vor duffer tyd, nicht vthgenomen, deme parner tu meseberghe, hern erike, vnde alle syne nakomelinghe, wen sin to kort wert, vnde vns vnde vnser eruen syk nimmer dar in tu werende an iennygherleye wiefs, an worden noch an werken. Dar var scal de parner dorch got gunst vnde almiffen vordernisse willen vnde alle sine nakomelinghe ewichlyghen denken der lunenborghe vnde al der elderen vnde al der in orem slechte vorstoruen vnde vorgan sint vnde noch vorgan moghen alle fundage, bi nemelken der namen men weyth vnde dechnisse, der men nicht en weit, vnde schullen alle iare eyne dechnisse don des sondages nach sunte johannes daghe baptisten midden sommer, des auendes myt vigilien vnde des mandages myt selemiffen, vnde we parner is, de scal to der vigilien sin sulff verde prester scholren vnde vir missen des morgens to holden vnde de parner scal den prestern vnde den scolren geuen auent vnde morgen de kost vnde iewelken prester ses pennyge vnde iewelken scholre dre pennyge. Ok scal her erik, parner to Meseberge, vnde alle sine nakomelinghe de lichte beteren des iares mit eynem haluen punt waffes, de man to der dechnisse bernen scal. Dat wie alle vorgeuanten lunenborghe dyt dan hebben vnde don mit guden willen dorch god vnde vnser zelen wilen, myt bedachten mude, des hebbe wy alle vnse jngezegelen ghehengit an duffem apen bryf to eyner sekericheyt vnde orkunde allen luden, ane ansprake vns vnde vnser eruen, (de nu) sint



vnde komen mogen, vnde wyllen dyt stede vnde vaste holden ane weddersprake. Geuen to me-  
seberge, nach goddes ghebert drytтейnhundert iare vnde in deme negentigsten iare in sunte  
Michaelis daghe des ertzecken engelen.

Cop. II, fol. 14.

LXIX. Das Kloster Hiltersleben acceptirt eine Stiftung, am 4. Mai 1391.

Wie Jacobus, van der Gnade goddes Abbet, Didericus, prior, vnde de gantze Con-  
uent des Closters tu hildeffleue, Bekennen vnde betughen Openliken in duffem iegenwardigen  
breue Vor alle den, dy one vornemen, Dat wi myt willen vnde myt vulbort vnser aller endrecht-  
liken hebben vorkoft Den erbaren heren vnde luden heren Tyderike wellen, parner thu sten-  
uorde, Clawese scherpingk vnde hermen Sedorpe, Burgheren tu haldeffleue, salbrude-  
dere Arndes van Caluorde, ichtes wanne eyn Burger to haldeffleue, Deme god ghenedich  
ly, Einen haluen wispel roggen Ewichliker jerlyker rente, Ewich vptonemende van vnseme Closter-  
houe, vor ses marck, De we na rade vnser aller in vnser Closters nud vnde framen ghebracht he-  
ben. Duffen erbenomenen haluen wispel roggen ewichliker jerliker rente scal de Abbet edder des  
closters vormunder Ewichliken aller iare van deme closter houe oder ute des Closters redeften gude  
geuen vnde betalen vnser heren Algemeynliken in dat seeckhuys, Sunder iengerleye Argelift, Bose  
inval, vordoch vnde weddersprake up Sunte Mertens dach. Dar uor vnde hyrumme So schullen  
vnse heren vnde willen algemeynliken Des Erbenomenen arndes van Caluorde Jaretyd myt  
vigilien vnde myt selemiffen Alle iare began des sondages vor vnser leuen vrouwen daghe wurthe  
wyginghe finer sele tu troste vnde dorch heyl finer olderen vnde finer leshoueden salicheit ewich  
also tu bliuende. Tu orkunde vnde to eyner beteren wissenheit Duffer vorsecreuen stucken, Dat de  
stede vnde gantz ewich vntubracken bliuen, So hebbe wi jacobus, abbet van der gnade gades,  
Tydericus, prior vnde de gantze conuent Alle erbenomet Des dicke benomenen Closters hil-  
